eum dicentem. Poſſum destruere templū hoc
manufactum: ⁊ poſt triduū non manufactum
edificare. Cumq; non rñderet hieſus: exurgēs
cayphas: dixit ad hieſum. Adiuro te p deum
viuū vt dicas nobis ſi tu es xp̄s filiꝰ dei bñdi
ctⁱ? Et rñdit hieſus: Tu dixiſti. Tunc prin
ceps sacerdotū ſcidit veſtimenta ſua: dicens.
Blaſphemauit. Quid vobis videt? Et rñde
runt dicentes. Reus eſt mortis. Tūc expue
runt in faciez eiꝰ. Et hoc etiā erat ꝓpriū iude
orum ſpuere in faciem eiꝰ quem abijciebāt. Et
adduxerūt eum vinctum ad p̄torium ⁊ tradi
derunt eum pontio pylato p̄ſidi qui nō erat iu
deus ſed gentilis: vt patet. Et non intro iue
runt ne contaminarentur intrando domum gē
tilis. Tunc iudas penitentia ductꝰ: retulit tri
ginta argenteos: dicens principibꝰ sacerdotū
Peccaui. Sorte ſathanas qui poſſederat eum
poſtq̄ fecit q̄d voluit: receſſit ab eo/⁊ ideo po
tuit iudas dolere q̄d fecerat. vt ex dolore ite
rum intraret in eum ſathanas: ⁊ faceret eū ſi
bi manum mittere. Nam proiectis argenteis in
templo/abiēs laqueo ſe ſuſpendit. Actor
ex gloſa. Vt oſtenderet eū peroſum celi et
terre. Item vt in aere cum demonib⁹ habita
ret. Item vt arcere ſtrangerent laqueo: que
vocem potionis ꝓtulerant. Dicit hieronimꝰ
ſuper pſalmū. cviij. q magis iudas deum offen
dit quādo ſe ſuſpendit: q̄m in hoc q̄d eum pro
dit. Et crepuit medius effuſis viſceribꝰ. In
hoc q ammō delatū eſt ou q̄ oſculatꝰ erat do
minum ne p os ſcz effunderentur. Vtrum aūt
ea die ſe ſuſpenderit/an diſtulerit dubium eſt.
Sed q ante reſurrectionem domini ſup pſal
mos legit. Quidam tñ dicunt: q audita reſur
rectione quam non ſperabat: ſe ſuſpendit.

De Diſcuſſione cauſe eius coram pylato. Capitulum. xli.

IM aūt hieſus eſſet in p̄torio exiit
ad iudeos pilatus querens quā accu
ſationem afferrent aduerſus hominem
hunc. Et p̄mum eum accuſabant in duobus:
q̄a prohibebat tributa dari ceſari/⁊ quia dice
bat ſe chriſtum regem eſſe. Intrans ergo pi
latus in pretoriū ū p̄mam cauſam nullam repu
tans: q̄r forte audierat hieſum dixiſſe. Reddi
te que ſunt ceſaris ceſari/⁊ q̄ ſunt dei deo. De
ſecunda dixit ad hieſum. Tu es rex iudeorū?
Qui rñdit. Regnum meū non eſt ex hoc mū
do. Cui pylatus. Ergo rex es tu? Rñdit hie
ſus. Tu dicis: quia rex ego ſum. Ad hoc veni
in mundum vt teſtimoniū p̄hibeā veritati. Cui
pylatꝰ. Quid eſt veritas? Ex euangelio
nicodemi ⁊ ioſeph. Rñdit hieſus. Veri
tas de terra orta. Dixit pylatꝰ. In terris ve
ritas non eſt. Rñdit hieſus. Intende veritā
tem deſcēdiſſe in terram: ⁊ nūc iudicat ab his
qui in terris poteſtatem habent. Intuitꝰ pre
ſes i populo: vidit pluuimos ex iudeis lacrimā
tes: ⁊ ait. Non omnis multitudo vult eū mo
ri. dicunt ei ſeniores iudei. Ideo venimꝰ om
nis multitudo vt moriatur. Stans aūt vir qui
dam iudeus nicodemus ante p̄ſidem pronunci
abat hieſum multa mirabilia feciſſe in populo
ſuadens eū dimitti. Alius etiā quidam iudeus
exiliens dixit. Ego p triginta octo annos ia
cebam in lecto: ⁊ quidam portauerūt me in le
cto ante eum ⁊ ad vocem eiꝰ ſine mora ſana
tus ſum. Et aliꝰ dixit. Cecus natꝰ ſum ⁊ mi
ſertus mihi: poſuit manꝰ ſuas ſup oculos me
os: ⁊ ſtatim vidi. Aliꝰ inquit: curuus erā. et
erexit me. Alius quoq; dixit: leproſus eram
⁊ mundauit me. Mulier etiā quedam veroni
ca nomine: dixit: Sanguine fluens eram duo
decim annis: ⁊ tetigi fimbriā veſtimenti eiꝰ/⁊
ſtetit fluxus. Dicunt iudei: legemꝰ habemꝰ mu
lierem in teſtimonio nō recipere. Dicunt alij.
Iſte homo ꝓpheta eſt. demonia enim ſubiecta
ſunt ⁊ ceſa. Pilatꝰ igitur facta ſeditiōe in po
pulo: neſciebat quid faceret. ⁊ querebat occa
ſiones dimittendi eum. Comeſtor. Et
iterum exiens: dixit iudeis. Nullam in eo inue
nio cauſam. At illi clamabant. Cōmouit to
tum populum ſapiens a galilea uſq; huc.

De Illuſione herodis. ⁊ iudicio pylati. Capitulum. xlij.

IN q̄ accepiſſet pylatus: q̄ homo
galileꝰ eſſet quia herodes erat hieroſo
limis his diebus/volens ei deferre
miſit eū ad illum vt diſs galilee homi⁹ galileā
vel abſolueret: vel damnaret. ⁊ ideo reconcili
atus eſt pilato ſup nece galileorū quam p̄oxi
mus. qui cum interrogaſſet hieſum in multis
nec accepiſſet reſponſum/ſpreuit eum ⁊ illuſit
ei: eſtimans eum fatuū/ac remiſit mutatum ve
ſte alba. Tūc pylatus dixit iudeis: q̄r nec ip̄e

nec herodes inuenebnat causam in eo. ⁊ ideo correptum flagellis dimitteret. Turba autē vniuersa clamauit crucifige eū. Cumq; pylatꝰ renuisset. accusabāt eum in terdo. quia filium dei se fecit. clamabant etiam. si hunc dimittis. non es amicus cesaris. Omnis qui se regem facit contradicit cesari. Audiens hec pylatus eduxit eū. ⁊ sedit p tubunali in loco golgota Erat aūt parasceue quasi hora sexta. Cumq; accusaretur ihesus in multis nihil respondit. p diem autem festum paschę cōsueuerat presses introducta consuetudine. dimittere vnum de vinctis quemcunq; petissent. in memoriam eo q eadem die egressi erant de seruitute pharaonis. Cumq; optionē dedisset eligendi ihesum innocentem. aut latronem barrabam. elegerūt barrabam. Tunc misit ad pylatum vxor sua. Jam enī dei nutu poterat dyabolꝰ cognoscere signum crucis. ⁊ ideo laborabat ne xp̄us moreretur. forte vero sancti gaudebāt in inferno vnde hoc notauit. Ex euangelio nicodemi ⁊ ioseph. Cogitante pylato quid ageret de ihesu. misit ad eum vxor eiꝰ nomine p̄cula dicens. Nihil tibi ⁊ iusto illi ⁊ cetera. Respondentes iudei dicentes pylato. Nunq̄d nō diximus tibi q̄ maleficus est? Ecce sommium immisit ad vxorem tuā. Comestor. Videns autem pylatus q̄ nihil proficeret lauit manus. ⁊ ihesum flagellis cesum tradidit eis vt crucifigeretur. Forte ideo cesum vt satiati flagellis a morte desisterent. Adhuc columna cui alligatus fuit. vestigia cruoris ostendit.

De Illusione militum ⁊ crucifixione domini Capitulum quadragesimumtertium.

ILLIGES ergo presidis susdipientes ihesum. exuentes eum circūdederunt ei clamidem coccineam. ad similitudinem purpure qua reges vtebantur. pro dyademate autem amplectētes coronam de spinis. imposuerūt capiti eiꝰ. Credibile aūt est acculeos corone. cruorē de capite extraxisse Sed ⁊ flagellis cruor dorsi extractus est. et sanguinis sudor. Alias partes corpous vnxit vt non tantū manus ⁊ pedes et latus dicamꝰ aspersa sangume. sed tota veste tincta xp̄um ascendisse de bosra. Pro sceptro aūt dederunt in manu eius arundinem. ⁊ illudebāt ei tanq̄ regnare volenti nec valēti. Et flexo genu dixerunt. Aue rex iudeorū. Ideo in parasceue cum orat p perfidis iudeis genua nō flectimꝰ ⁊ expuentes. arundine percutiebant caput eiꝰ Exuentes eum purpura reinduerunt eū veste sua. ⁊ duxerūt eum vt crucifigeret. baiolantē sibi crucem. Sequebant aūt ihesum mulieres plangentes eū. Quibꝰ ipse ait. Nolite flere super me. sed super imminenti exidio gentis vestre. Et venerunt in locū caluarie sic dictū. quia ibi decollabātur rei. ⁊ multa ossa capitū ibi sparsa erant. cum autem crucifigerent eum dicebat. Pater dimitte illis. quia nesciunt q̄d faciūt. Tunc fecerūt de vestibꝰ eius excepta tunica quatuor partes. quia quatuor erant milites qui crucifixerāt eum. Tunica erat inconsutilis. reticulato opere facta. ⁊ ideo non potuit scindi. ⁊ sortiti sunt de ea cuius esset. Scripsit autem pylatus titulum cause eius. Ihesus nazarenus rex iudeorꝫ. Quasi diceret ideo crucifixꝰ est. quia rex erat iudeorum. Et scripsit eum hebraice. grece. ⁊ latine. vt diuersarum linguarum homines. qui conuenerant ad diem festum legere possent ⁊ intelligere. Dixerunt autem iudei vt mutaret titulum. ⁊ noluit. crux vero non habebat super lignum transuersum aliq̄d. habens formā thau sic. T Sed pylatus superposuit cauillam. ⁊ tabulā affixam ei. ⁊ in tabula erat titulꝰ sic. ✝ Dicuntur autem in domini cruce fuisse quatuor diuersa ligna. ⁊ forte in totidem diuersis generibus. lignum erectum transuersum. tabula superposita. Truncus etiam quidā. cui infixa erat crux. qui in cuppe fuit defossus. inuenīt enim lignū dñice crucis. ⁊ palme et cypressi. ⁊ vt quidam tradunt oliue et cedri.

De Susceptione latronis ⁊ commendatione virginis matris. Capitulum. xliiij.

REGREDIENTES autem blasphemabant eum dicētes. Vach qui destruis templum dei. Similiter ⁊ sacerdotes illudebāt ei dicētes. alios saluos fecit. seipsum non potest saluū facere. Quasi diceret. Nunc apparet quia non in se sed in beelzebub sanabat. alioquin potius se sanaret Demones enī sentientes vires suas esse fractas hoc agebant vt descenderet de cruce. Tamē in thobia legīt sup exenterationē pisis. demonē stetisse. id est sup brachiū crucis. ⁊ cōsideraſſe an xp̄us aliquā maculam haberet peccati. Et iam vnus de pendentibus simul blasphemabat eum. Miles increpans blasphemantē ait. Memento mei dñe dū veneris in regnū tuū. Et

audiuit a dño: hodie mecum eris in paradiso Non intellige de terreno vñ expulsus est adã Neq; de angelico: quia ad illum ante xp̃m nemo ascendit. Sed in requie qđ est esse cũ hiesu: vel hodie eris mecũ: qđ est esse in paradiso. Forte fuit anima hui9 cum anima christi in sinu abrahe/ & cum illo regressa. Et q̃a non tunc penetrauit latro celos/etiaz ex alijs locis scripturaz̃ extraxerunt quidam dicentes esse multa loca beatorum p̃ter celum: paradisum scz ade & loca in aere et in terra vbi beate viuent nec tñ deum videbunt. Stabat aũt iuxta crucez mater hiesu: & maria cleophe: et maria magdalena & iohannes. Ambrosius sup lucam. Fugientib9 apostolis maria añ crucem stabat & pijs spectabat oculis/ filijs vulnera spectabat: nõ pignora mortez: sed mũdi salutem. Aut fortasse cognouerat p filij mortem mundi redemptionem. Nula regalis putabat se suo morte publico munere aliq̃d adiuturam. Sed hiesus qui fact9 est sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Suscepit quidem matus affectũ non quesiuit ad oĩm redemptionem homis auxilium. Comestor.

Tunc dixit matri de iohãne. Mulier ecce filius tu9/ & iohanni ait. Ecce mater tua. Et ex illa hora cum esset beata virgo cũ apostolis Iste iohannes specialem ei9 curam habebat.

Hieronim9. Pudicissima virginitas nulli discipulorz potius q̃ virgini commẽdata est. vt esset admuicem grata societas: & floridus aspect9 nec nõ & venustus cõuersandi veranas altrinatim pudicicia splendore decorat9.

De Tenebris vniuersalib9 aeris & consummatione dñice passionis. Comestor. Ca. xlv.

SEXTA aũt hora tenebre facte sunt ꝑm glosam. Ne sol pendentẽ deum suum videret. Juxta illud ysaie xxiiij. Erubescet luna & confundet sol. Nec mirum quia ver9 sol patiebat eclipsim vel ne impij luce illius fruerentur et hoc sup vniuersam terram. Unde legit q̃ tunc athenis vigebat studium. Et cum philosophi inquisissent causam tenebraz̃/nec inuenire possent. dixit dionisius areopagita q̃ deus nate patiebat. Et fecerunt ei ara´ & supscripserũt ignoto deo de quo legitur in actib9 apostolorum. Dicit glosa Ne putetur sicut consueta eclipsis per tres horas tenebre facte sunt scz a sexta vsq; ad nonam. Nec poterat etiã tũc esse eclipsis quia luna erat decimaquarta: & ideo plena. Tũc aũt est in oriente quãdo sol in occidente. Propter istas aũt tres horas nos ter celebramus tenebras & etiã vt tuane mortis domini quasi tuanas faciam9 exequias. Eusebi9 in cronicis. In ethnicorum quoq; cõmentarijs hoc ad verbum scripta reperum9 qđ eo tempore solis facta est defectio Bithinia terremotu concussa: & in vrbe nicena edes plurime corruerunt. Scribit sup his & flegon olimpiadarum egregi9 supputator dicens. Quarto anno ducenteſime scde olimpiadis magna & excellẽs inter omnes: qui ante eam acciderãt. defectio solis facta est. hora diei sexta. Ita vt in tenebrosaz̃ versus sit nocte & stelle in celo vise sint que omnia his congruũt que in passione domini acciderant. Comestor. Et circa horã nonã hiesus clamabat eloy lamasabatani Et dixerunt quidam helyam vocat iste/hi romani erant non intelligentes hebreũ. Clamabat aũt se derelictuz a patre qz traditus calamitatibus videbat derelictus. vel quia fere mutilis videbatur eius passio q̃a de toto genere hoĩm non videbatur quis redimi nisi latro/qui fere solus credebat in eum. Unde dicit in psalmo. Singulariter sum ego donec transeam: excepta beata virgine quã tunc etiã credidisse credimus. in huiusmodi eni semp ipsa excipitur. Postea dicit hiesus: Sitio. Et vnus ex milib9 impleuit spongiam aceto & imposuit eam arundini superpositam ysopo & circumligatã & dabat ei bibere. Potuit esse q̃ vile vinũ secũ tulerant ad bibendum: & ex calore quasi acetum factum est. Unde ad notandũ eius acredinem. Alib9 euangelista dicit vinũ mirratum Alib9 cum felle mixtum. Cũq; libasset hiesus acetum: dixit. Consummatum est quicq̃d scz fieri oportebat: anteq̃ moreretur.

De Morte domini & signis in elementis ostensis. ex glosa sup Mathm. Capitlm. xlvi.

JESUS circa horã nonam cum clamasset ad patrem emisit spiritũ.

Sic & adaz̃ post meridiez cũ peccasset: vocem dñi audiuit. Et est ordo rationis q̃ tempore clausit ade p̃uaricanti: eo tempe pẽitenti latroni ianuã reseraret paradisi. Actor.

Et nota q̃ bene dicit mathe9: emisit spiritum scz tanq̃ columbam ex arca que ramum olive tulit. id est reconciliationẽ nostram deo patri. Juxta illud. Ro. quito. Reconciliati

sumus deo per mortem filij eius. Johes dicit tradidit scz quasi precium nostre redemptionis soluens. marcus ⁊ lucas dicunt expirauit Passus est aũt dñs vt dicit hugo floriacensis eodem ãno quo iohãnes capite cesus est. viij kalendas apulis in quo adam formatus est. Et dicit glosa super matheum q̄ oĩa elemẽta cõditori suo mouenti compatiebant. Comestor. Et ecce velum templi quod erat ante sanctasanctorũ sissum est a summo vsq̄ deorsum. Scripte etiam velum appensum ante fores templi qđ ad tegendas fores appositũ dicit iosephus cum interuoll sissum est. Nam ⁊ in euangelio nazareor̄ super limmare tẽpli infinite magnitudinis fractum esse legitur audita sq̄ voces in aere. Transeamus ab his sedibus. Terra quoq̄ mota est. petre sisse. monumenta aperta. ⁊ quidam sancti surrexerũt a mortuis ⁊ venerunt in hierusalem et apparuerunt multis. Scripte hi fuerunt de quibus sup epistolam ad hebreos legitur q̄ multi affectauerunt sepelitu in hierusalem vt cum domino resurgente resurgerent. Utrum autem aliqui eorum sic pmanserunt ⁊ cum dño ascenderunt nesciũ. Q̄ autem aliqui mortui sunt iterum postq̄ dñm resurrexisse testificati sunt sanctus quia corpora quorundam adhuc quiescunt in hierusalem ⁊ sanctus scaroth vnus eor̄ fuisse perhibetur. Dis visis centurio ⁊ qui cum eo custodiebant ihesum timuerunt ⁊ dicebant. Vere filius dei erat iste.

De Vulnere dominia latens ⁊ illuminatione percussoris. Capitulum. xlvij.

IDEJ autem ne remanerẽt pendentes in cruce in magna die sabbati rogauerũt pylatũ vt frangerentur eorum crura ⁊ tollerentur ne festum horrore cruciat9 fedaretur. Cunq̄ milites primi fregissent crura ⁊ venissent ad ih̃m inuemẽtes eum mortuũ. os non cõminuerunt ex eo. Sed vnus militum lancea latus eius aperuit. Actor. Vigilantes scõm glosam dicit iohannes aperuit non percussit vel vulnerauit vt innuat q̄ ibi quodamodo ostiũ vite apertum est. quia inde sacramẽta ecclesie manauerunt sine quibus ad vitã non intrat. Unde sequitur. Et continuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Sanguis in remissionem peccatorum Et aqua in lauacrum baptisms sanctificandũ Juxta illud zacharie. Erit fons patens domui dei ⁊ cetera. Et hoc factum est ad literã miraculose. id est supra virtutem nate. Quia de corpore mortui non solet exire sanguis nec aqua. Hoc autem prefiguratum est. quando facta est mulier de latere viri dormientis.

Comestor. Et qui lanceauit eũ vt traditur quidam cum vere caligassent oculi ei9 ⁊ casu tetigisset oculos eius sanguine clare vidit.

Ex gestis eiusdem. Protinus illumnat9 in x̄pm credidit. Unde militie cedẽs instruct9 ab apostolis in cesarea capadocie. xxxviij. annis monachicã vitam duxit ⁊ in oĩ sanctitate pmanens verbo ⁊ exemplo pluumos ad x̄pm conuertit.

De Martino longini militis. Capi. xlviij

OC cũ preses octonius cognouisset exhibeu sibi eũ iussit ⁊ ait illi. Quis vocaris? Respõdit x̄pian9. oportet enim vt donum gratie x̄pi puus confiteatur. Preses dixit. Qui ante fuerunt mihil de hoc noĩe lucrati sunt. Nomen tuum edicto. Qui respondit. Longin9 vocor. Cui pses. Cuius prouincie es? Rñdit. Jsaurie. Preses dixit seru9 es an ingenu9? Respondit curialis fui ⁊ diu seculo militaui. et omnia que habebam fratribus meis dimisi ⁊ illi mihi inde dabant singulis annis centum solidos quos semp pauperibus erogaui. Preses dixit. Ergo tanq̄ ingenuus sacrifica dijs vt quiete viuas ⁊ non penis deficias. Lõginus rñdit. Nemo potest duob9 dominis seruire. Dñ deus meus docet ⁊ iubet omne bonum. dij vestu contrarium. Preses dixit. Nimium loqueus sed sacrifica dijs ⁊ indulgebit tibi deus tu9. qa necessitate regali coactus hoc facis. Unde enim q̄ pre abstinentia tua penas tollerare non poteus. Qui respondit. imo tu efficere x̄pianus ⁊ indulgebit tibi rex tu9 cum ver̄ deũ cognoueus Iratus preses iussit ei omnes dentes auferu ⁊ linguam abscidi. Longinus tamen loquelã nõ perdens dixit. Si credis veros deos esse qs colis fine me vt confungam illos. ⁊ defendãt se si possunt. Et si mihi nocuerunt credam q̄ veri dij sint. Si autem mihil nocuerunt crede deo meo. Preses dixit de potestatẽ. Et accipiens secum omnia ydola ⁊ quicqd erat in templo confregit ⁊ comminuit. Et omnes demones de ydolis exeũtes in presidẽ ⁊ in socios eius protinus intrauerũt ⁊ simul insanientes ⁊ latrantes se eius pedibus prstrauerunt. Et ait illis longin9. Cur habitatis in ydolis.

Rſderunt vbi chriſtus non nſciatur: ⁊ eius ſi
gnum non eſt poſitū: ibi eſt habitatio noſtra.
Longinus vero aſtanti populo dixit. Oultis
hos habere deos ⁊ colere: an vt effugez eos im
nomine dominꝰ Ecce videtis ꝓfidem veſtrum
ſub pedibꝰ meis ſpumantē. Popul⁹ ergo cla
mabat dicēs. Rogamus te ſanctū dei ne ſinas
dmones ḣ vlterꝰ habitare. Et cū oraſſet lon
ginus exclamantes demones exierūt: ⁊ multi
hoc videntes crediderunt. Poſt paucum tem
pus ipſe ꝓſes a dyabolo inſtigatꝰ dixit longi
no Ciuitas iſta diſceſſit a ſacrificijs deorū per
magicas artes chriſtianorum. Di hoc audiens
imperator omnes pcubinꝰ. Affrodiſiꝰ com
mentarienſis dixit ꝓfidi. Eum qui nos ſanauit
⁊ ciuitatez liberauit torquere vis Preſes di
xit. Fantaſma fuit: ⁊ illuſit ſenſus noſtros.
Affrodiſius dixit: Nihil facies ſeruo dei ne de
terius contingat tibi. Tunc iratus ꝓſes iuſſit
affrodiſio linguam abſcidi: ⁊ ſtatim orāte ſan
cto longino pꝛeſes cecatꝰ eſt. Tunc dixit pre
ſes affrodiſio. Grater ora dominum longinū
vt oret ꝓ me quia ſtulte egi in eū. Qui rñdit
Nonne dixi tibi noli nocere ſeruo dei Non
ne vides q̄ ego lingua abſciſa loquor Preſes
ait. Nō ſolum oculos perdidi: ſed ⁊ totū cor
pus meum grauiſſime cruciatur. Longinꝰ di
xit. Si vis ſanari occide me citꝰ ⁊ tunc orabo
ꝓ te ⁊ ſanaberis. Et ſtatim iuſſit eum decolla
ri. Abijtq̄ ad corpus eiꝰ ⁊ ꝓſtratus cum la
crimis pmittētiam egit: ⁊ continuo viſum rece
pit. ⁊ honeſte ſepeliens eum in fide xp̄i permā
ſit. Huius paſſio celebratur vous marcij.

De Sepultura dñi. Comeſtor Ca. xlviiij

POST die paraſceue cū ſero factū eſſet: Jo
ſeph de cuius / id eſt vnus de ordine curie vēit
ab arimathia: que eſt ramata / diues ⁊ iuſtus
de quo etiā quidam putant conſcriptum eſſe.
Pſalmiſta. Beatꝰ vir qui nō conſenſit actibꝰ
⁊ conſilijs alioꝝ: petijt a pylato corpꝰ hieſu
venit ⁊ cum eo nicodemꝰ ferens mirre et alo
es quaſi libras centū / ⁊ acceperunt corpꝰ hie
ſu ⁊ inuolutum ſindone quā emerat ioſeph: li
gauerunt etiā lintheis alijs. Et quia in ſimpli
ci ſindone inuolutum eſt corpꝰ hieſu: inſtituit
ſilueſter papa: vt ſacrificiū altaris in lineo tā
tum panno celebretur. De monumento domi
ni dicit beda ſup marcum / q̄ domus fuit totū
da de ſubiacente rupe exciſa tante altitudis vt
vix homo manu extenſa culmen poſſit attinge
re / introitum habens ab oriente / cui magnus
lapis appoſitꝰ erat ꝓ oſtio: in p̄te eiꝰ aqui
lonari. Locus dominici corporis de eadem pe
tra factus eſt ſeptez pedes hūs longitudinis.
Color vero monumenti ⁊ loculi: cubicundo ⁊
albo dicit eſſe pmixtus. Ex euāgelio nico
demi. Cum aūt petiſſet ioſeph corpꝰ hie
ſu ⁊ ſepeliſſet. Audientes hoc iudei querebāt
illum. Sed ⁊ nicodemum ⁊ alios qui ſteterant
coram ꝓfide ⁊ opera eius manifeſtauerant ei.
Omnibꝰ aūt ſe occultantibꝰ ſolus nicodemꝰ
oſtendit ſe eis: qꝛ princeps erat iudeoꝝ. Sed
⁊ ioſeph ſe oſtēdit. Quem apprehendentes iu
dei iuſſerūt cuſtodire: vſq̄ poſt ſabbatū dicen
tes ſe daturos carnes eiꝰ volatilibꝰ ⁊ beſtijs.
Incluſerunt ergo eum in cubiculo vbi nō erat
feneſtra / ⁊ oſtiū cubiculi ſignauerūt claue an
nas ⁊ cayphas ⁊ cuſtodes poſuerūt. Co
meſtor. Ecce aūt maria magdalena: ⁊ al
tera maria conſiderātes vbi poſitum erat cor
pus hieſu: ⁊ reuertentes parauerūt vngenta
quādiu licuit eis operari. ſabbato enī quieue
runt. Et poſuerunt iudei cuſtodes ſepulcro ⁊
ſignauerunt lapidem.

De Triduo mortis eius. Rabꝰ Ca. l.

NOTEM dicit auguſtinꝰ cō
tra felicianum. Sic in ſepulcro filiꝰ
dei carnem ſuā mouendo non deſeruit. ſicut in
vtero virginis cōnaſcendo formauit. Mortu
us eſt ergo nō diſcedente vita: ſicut paſſus ē
non pereunte potentia. Qđ autē aliqui obija
unt aīam tanq̄ mediam diuinitatem ⁊ carnē
vniuiſſe: ⁊ ideo diuiſa carne ab anima: deita
tem quoq̄ a carne ſeparatā fuiſſe: ſoluitur p
hoc qđ multiplex eſt medium / participationis
vt in coloub⁹: aſſimulationis hoc mō mediuꝫ
eſt anima inter carnem ⁊ deū ſiue diuinitatem
Eſt enī ſimilior diuinitati q̄ caro quia ſimpli
cior. Item ſimilior carni q̄ diuinitati: qꝛ mi
nus ſimplex. Item medium ꝓbationis vt in
ſilogiſmo. Itē continuatiōis vt in linea. Itē
coniunctionis vt glutinum: ⁊ amor inter amā
tes. De hoc medio verum eſt q̄ eo diuiſo: ſe
quitur diuiſio extremorum. Dic aūt non ſic.
Anima igit chriſti ad infernum deſcendit: ca
ro in ſepulcro iacuit: ſapientia cū vtroq̄ per
manſit: que in inferno vt ait ambroſiꝰ: lumen
vite fundebat eterne. Notādum ergo q̄ ani
ma xp̄i in triduo mortis eiꝰ: licet a carne ſe
parata / multū vtilitatis habuit: ex vnione ſui

ad verbum. Nam omnia sciebat que deus fac
etiã actualiter ⁊ gratiã habuit nõ mensuratã
⁊ potentiam spoliandi infernum. Quoꝝ nullũ
habuisset si separata esset. Caro etiã ex vnõe
sui ad verbũ hoc habuit. q̃ si in eo statu aĩa
infundceretur infirmitas eius non grauaret ani
mam nec scientiam nec alios habitus minus
intensos haberet. neq; lesio eius vsum virtutũ
aut viuum retardaret. ⁊ q̃ putrescere nõ po
terat. Vnde psalmista. Non dabis sanctum
tuum videre corruptionem. Notãdum vero
q̃ opinio magistri petri que dicit xp̃um fuisse
hoiem in illo triduo iã reprobata est a doc
toribus. Tres enim opiniones sunt circa verbi
incarnationẽ. Pria dicit q̃ filius dei assumpsit
hominem ꝓpue ⁊ qđ est quid. scd q̃ homo. et
q̃ xp̃us est duo. Secũda dicit q̃ filius dei nõ
assumpsit hominem ꝓpue sed naturam hois
⁊ qđ est quid ꝑ q̃ homo et q̃ xp̃us est vnum
solũ. Tercia dicit q̃ assumpsit corp9 ⁊ animã
vt habitũ. Due prime dicũt q̃ xp̃9 in triduo
non fuit homo quia tunc non fuit vnio anime
ad carnem que sola facit hoiem. Tercia dicit
q̃ xp̃us fuit homo in triduo eo modo quo cõ
cedit q̃ filius dei homo est. id est humanatus
Ista opinio reprobata est. Tamen dicere q̃
xp̃us in triduo fuit homo nõ est hereticum eo
modo quo ipsi dicebãt sed falsum vt credim9
Nam illa susceptio triplicem comprehendit
vnionem. scilicet verbi ad carnem. verbi ad
animam. anime ad carnem. sed hoc nõ fuit in
triduo quare nec illa susceptio fuit in triduo.
Qđ autem in illo triduo spoliauerit infernum
dicit apostolus ad colosenses. ij. Expolians
inquit principat9 ⁊ potestates scz infernales.
abraham auferendo. ⁊ ysaac. et ceteros iustos
in inferno detentos traduxit scz quasi victor
predam ꝑ medios raptores. vel traduxit. id
est longe traduxit scz in celum qñ ascendens
in altum captiuam duxit captiuitatem. Ipse
inquam pius triumphans. id est expugnans
eosdem principes per seipsum. Item in actib9
apostolorum dicit petrus de ipso. Quem deus
suscitauit solutis doloribus inferni. vel quantũ
ad ipsum quẽ dolores inferni nullaten9 leserũt
vel quantum ad alios qui per eum ab inferni
doloribus soluti sunt. Licet enim essent in cõ
solatione quietis in sinu abrahe non tñ perit9
a dolore inferni erãt soluti scõm glosam. Nõ
enim sine dolore sustinebant dilationem sue li
berationis ⁊ ingressus regni de quo zacharias
Tu quoq; in sanguine testamenti tui ⁊ cetera

In huius rei signum ioseph missus est in lacũ
a fratribus. Jeremias a iudeis. Daniel a cal
deis. Banaias quoq; descẽdit in lacũ in die9
nuis vt leonem interficeret. Tunc impletum
est qđ dixerat dominus de seipso. Sicut fuit
ionas in ventre ceti ⁊ cetera. Qđ intelligendũ
est sinodochice scõm ieronimum. Quit enim
dominus in sepulcro ꝑ partem parasceue scz
ab hora nona ⁊ deinceps. et per integrum sab
batum ⁊ per partem diei dominice scilicet per
totam noctem sequentẽ sabbatũ que deputat
diei dominice scõm nouam computationem.
Et ita per synodochen fuit ibi tribus diebus
naturalibus qui comprehendunt tres noctes
⁊ tres dies vsuales.

De Aduentu mulierum ad sepulcrum ⁊ re surrectione dominica. Capitulum. li.

VESPERE autẽ sabbati. id est
sequenti sabbatum. id est in nocte q̃
sequitur diem sabbati ⁊ pertinet ad
diem dominicum scõm nouam computationẽ
⁊ hec est que scilicet nox lucescat. id est transit
in lucem vel luce terminat. In prima sabbati
venit maria ⁊ cetera. Et est idem modus lo
quendi vespere sabbati. Et prima sabbati. id
est post sabbatum. Vel potest dici q̃ venerũt
ad litterã. ⁊ vespere sabbati vt dicit matheus
⁊ postea in mane vt dicit marcus. ꝙa sepe ibãt
⁊ redibant. Vnde glosa. Qđ diuersa tempora
aduentus istarum mulierum in euangelijs de
scribuntur non est mẽdacij signum sed sedule
visitatiõis officiũ dũ crebro abeũt ⁊ occurrũt
⁊ non patiunt̃ a sepulcro dominj se diu abesse
vel longi9. Venit ergo maria ⁊ cetera. Marc9
sic habet. Maria magdalẽa ⁊ maria iacobi et
salome emerunt aromata ⁊ cetera. Propter
hoc quidã dicunt nõ fuisse ibi nisi duas. quidã
tres. ꝑ q̃ tres magis tenet ecclesia. Qui aũt
dicũt duas sic exponũt verba marci. q̃ salome
expositio est alterius marie cuius nomẽ tacet̃
Et dicit iohannes custos tmus q̃ hec fuit mat̃
filiorum zebedei ⁊ vocata est saloma quasi bi
nomia. Posset etiã dici q̃ in principio quãdo
venerũt non erant nisi due. postea aũt plures

Comestor. Et dicebant ad inuicem
quis reuoluit nobis lapidem ab ostio monu
menti? Et respicientes viderunt reuolutum
lapidem ⁊ angelum sedentem super eum. Jam
enim terremot9 factus fuerat a dño resurgẽte
⁊ clauso sepulcro egressus erat ihesus. Vnde

cuidam monacho sancti laurencij extra muros ab incarnatione dñi anno millesimo centesimo vndecimo miranti de angulo suo q̄ dict⁹ erat in soluto ⁊ proiecto ante eum vox ī aere facta est. Sic potuit xp̄us clauso pcipue sepulcro. Angelus aūt post tulerat lapidem: vt egressum iam factum indicaret. Pre timore aūt ei⁹ exterriti sunt custodes: ⁊ iacebant velut mortui Dicit glosa sup matheum. Sepulto domino in sexta sabbati quandiu licuit operari. id est vsq; ad occasum solis vngenta parabant. hec ſm lucā. Et quia p̄ angustia tempis op⁹ illud explere non potuerunt. transacto sabbato/id est decidente sole vbi licentia operandi recedijt emerunt aromata/et quia nocte p̄occupāte sepulcrum adire nō potuerunt. mane adierunt. Unde marcus habet valde mane. Math aūt a p̄ma parte noctis: id est a vespa noctis signat a cui⁹ fine venerunt ad monumentum Ideo aūt eam sic noīat. quia ab illa hora ex q̄ sabbatum transactū erat. Licebat eis facere qđ volebāt: scz vngēta parare. ⁊ vngere corpus hiesu: ⁊ tunc etiā ſm glosam ceperūt preparare: sed vt dictum est nox ipa retardauit eas ne possent habere accessum ad monumentum vsq; mane.:.

Qualiter chust⁹ glorificationem suam meruit. Mdor. Capitl̄m. lij.

OTN q̄ chustus humilitate passionis meruit sibi tua: scz accelleratonem gl̄iose resurrectionis/q; non excauit generalem. Hoc notat ab apostolo cum dicitur. Propter qđ exaltauit illū in resurrectione ſm glosam. Item glorificationes sui nominis qđ notatur cum subdit. Et donauit illi nomen ⁊ cetera. Item potestatem iudicij: ⁊ hoc notat cum subditur: vt in noie hiesu omne genu flectatur. Veruntamen in omnibus operib⁹ suis meruit sibi vitā eternaz iam habitam a die conceptionis ad similitudinem angelorū. Nā ex pau cautate fecit opera sua ⁊ omnia fuerunt eque meritoria sibi/q̄a vno quoq; opere suo meruit totū premium. Unde sicut dicit apostol⁹. Chustus fact⁹ est p nob obediens ⁊ cet̄a. pter quod de⁹ ⁊ cetera/ita potuit vere dixisse: sanauit paraliticum. vel locutus est samaritane vel qđlibet aliud op⁹ rationis fecit: pter qđ de⁹ exaltauit illū ⁊ cet̄a hoc tñ potius dixit de humilitate passionis propter quandam coaptationem q̄ fit per contra tū inter meritum ⁊ p̄mium/scz vt ostenderet humilitati passionis. Rñdere per contrarium exaltationem resurrectionis: sicut cum dñs vere posset dicere. Beati qui lugent: quoniā ipi possidebunt terram. maluit tamē dicere pter quandam cōtrarij coaptationē/ quō ipsi consolabāt. neq; conueniens est si chustus pumo opere qđ fecit: meruit totū premium suum q̄ ideo sequentia eius opera superflua fuerunt: q̄ illis operibus plenius meruit: q̄ ante meruerat ⁊ si non quantū ad vim merendi q̄ attenditur penes cautatem que nunq̄ creuit in eo: tamen quātum ad numerū meritorum: qui attenditur penes opera. nō est remuneratus sup̄ merita sicut alij sancti. Ipe enī inter homines est excepte excellētie/quia ab ipo instanti cōceptionis eius data sunt ei caulmata non ad mensuram. unde q; summā cautatem habuit. summū premium meruit: ⁊ ita nō potuit remunerari sup̄ meritum/ fuit tñ in premio eius misericordia dei non quantū ad essentiā ipsius p̄mij sed quantū ad radicem meriti: id est quātum ad superfluentiam gratie operantis/que sibi data est non ad mensuram. Hec enī gratia fuit radix meriti: ⁊ p hoc premij que data est ei ex sola misericordia dei/ ⁊ sic etiā in premio xp̄i locum habet qđ dicit: vniuerse vie domini misericordia ⁊ veritas. Q; aūt dicitur donauit illi nomen: honorificentiam sup̄ omne nomen: id est sup̄ omne nomiabile. Hoc nomen est qđ vocatur de⁹. Sed nonne etiā ante resurrectionē habuit hoc nomen: vtiq;. Sed hoc dicitur quātum ad ostensionem/quia qđ ante resurrectionem occultum erat: ſm illud ysaie xlv. vere tu es deus absconditus. Et hieremie xvij. ⁊ homo est qui cognoscet eū. post resurrectionem in euidenti positū est scz vt sciarent homines ⁊ demones ip̄m esse deū. Qđ ergo a conceptione acceperat. ſm glosam dicit ei donatum post resurrectionem p̄pter manifestationē Preterea p̄pue loquēdo xp̄s non fuit beatus post resurrectionem: q̄ ante. Beatitudo enī nō consistit in duplici stola. Sed tantum in stola anime/q; sola anima cognoscit: diligit: ⁊ fruitur deo. qđ est beatitudo eterna/ſm illud ioh. xvij. Hec autē est vita eterna ⁊ cet̄a. Et hanc xp̄s habuit p̄fectam ab instanti conceptionis sue. Nec habuit aliqđ admixtū de suo contrario: id est de vera misera/q̄a vera misera est solum peccatū. Et potuit q̄dem ad illam venire sine merito passionis/quia potuit consumpta mortalitate immortalitatis gloria vestiu

ꝫ non ſine merito iuſtiçe ⁊ cautatis · aliarū ꝙꝫ virtutum · Non enim xp̄us homo eſſe potuit in quo plenitudo virtutum ⁊ gratie nō fuerunt nec virtutes ei meſſe potuerunt ad ho mortalitatis modo quim per eas mereretur ·

Q ſola humilitate paſſiōis meruit nobis paradiſum · Capitulum · liij ·

Quid ergo voluit pati et mori ſi ei virtutes ad merendum illa ſufficiebant ⁊ ꝙ te non ꝙ ſe vt ipſi⁹ paſſio ⁊ mors tibi eſſet forma et cauſa · forma virtutis ⁊ humilitatis · cauſa gloriē et libertatis · Meruit enim nobis ꝙ mortis ac paſſionis tolerantiam qđ per precedentia non meruerat ſcz aditum paradiſi ⁊ redemptionē a peccato a pena ⁊ dyabolo · Item nota ꝙ xp̄us humilitate ſola paſſionis meruit etiam nobis tua ſalicet a peccato liberationē · ⁊ ianue paradiſi apertionē · ⁊ vitā eternā · Nam et ſi omnibus operibus ſuis equaliter ſibi meruit non tamē oibus equaliter nobis · Nam ſibi nhil meruit quod ad peccatum pertineret vt remiſſionem vel ſatiſfactionē · Quedam autem ſunt opera cautatis meritoria tantum vt ipſum diligere ex cautate · Quedā meritoria ⁊ ſatiſfactoria vt elemoſina ieiumū martirium · Unde dicim⁹ ꝙ humilitas paſſionis xp̄i non tantū fuit meritoria vite eterne ⁊ ſibi et nobis · ſed etiam ſatiſfactoria pro peccatis primorum parentū Et ideo ꝙ eam meruit nobis apertionem · qa per eam ſolam datum eſt predū redemptionis noſtre · Tanta enim fuit humilitas in redemptione · quanta ſuperbia in preuaricatione · Et ſi ante meruerit alijs operibus nobis vitam eternam · quantum erat ex vi merendi · id eſt ex natura cautatis · non tñ ianue apertionem quia in hoc ſolo opere ſolutum eſt debitū ade · ꝙ quo excludebamur a paradiſo · Et quidem abrahā ⁊ alij ſancti antiqui meruerūt introitū paradiſi quantum fuit ex ſe · ſed tamen illam hereditatem non potuerunt intrare · licet promeritam ⁊ etiam ſibi ꝓmiſſam · quia obligati erant debitis · ſicut contingit in hereditatibus naturalibus · vnde oportebat ꝙ debitū peccati primus ſolueretur quod factum eſt in paſſione xp̄i · Item dicit apoſtolus ad thimotheum ꝙ xp̄us deſtruxit mortem vtrangꝫ ſcōm gloſam ſalicet anie ⁊ corporis · Unde qui mortem moriendo deſtruxit ⁊ cetera · Licet enim omnes adhuc filij ire naſcamur ⁊ omnes moriamur · tamen mors corporis dupliciter deſtructa eſt · ſalicet ⁊ quantum ad certam ſpem reſurgendi quā habem⁹ ex reſurrectiōe xp̄i capitis noſtri ⁊ etiam quantum ad timoris remotionem ſcz quia modo apta eſt ianua non ita timet mors corporis a ſanctis viis ſicut olim quando oēs deſcendebant in infernū · Similiter mors anie dupliciter · ſalicet qa in baptiſmo virtute xp̄i conſecrato omnis reatus originalis peccati ⁊ actualis abolet · ⁊ etiā ipſe fomes qui in carne remanet debilitatur · Neutra tñ mors adhuc penit⁹ deſtructa eſt · ſed in futura reſurrectiōe penit⁹ abſorpta erit ſcōm illud apoſtoli prīa corinthios · iij · Cum aūt mortale hoc induerit incorruptionem tunc fiet ſermo qui ⁊ cetera

De Hora dominice reſurrectionis · Comeſtor · Capitulum · liiij ·

Et hora quidem reſurrectionis diuerſe locūtur auctores · Jeronim⁹ enim libro · xij · queſtionum dicit ꝙ reſurrexerit veſpere ſabbati · Ambroſi⁹ in fine expoſitionis luce dicit ꝙ ꝓfunda nocte · Unde mulieres potuerūt ad monumentū accedere cuſtodib⁹ quieſcentib⁹ · ⁊ pontifex ſacerdotū dixerūt · ꝙ diſcipuli eius nocte venerunt · Auguſtinus aūt dicit ꝙ diluculo cui conſentiunt qui dicunt dominum · xl · horis mortuum fuiſſe ſcz · iiij · horis veſpertinis peraſceues ⁊ · xxxvi · duarum noctium · Unde ⁊ poſt reſurrectionē totidē diebus ante aſcenſionē in terra morat⁹ eſt · ⁊ hoc etiam magis approbat · Unde dicit ſurgens ihēſus mane prima ſabbati ⁊ cetera · Eccleſia quoqꝫ aſſentire videtur in hoc ꝙ matutinas laudes ꝓ domin reſurrectiōe celebrat pro predicta vero ſententia ambroſii facit ꝙ ſampſon in typo reſurrectionis media nocte ſurgēs tulit portas gaze · Sic ergo anima xp̄i rediit ab inferis ⁊ reddita ē corpori facto impaſſibili · Petrus lambard⁹ · Habuit quidem ⁊ anima illa bonum aliquod in ſe poſt mortem ꝙ non ante ſalicet impaſſibilitatem Nec tamen beatior fuit qꝫ ante vel melior qa non ſanctior · Comeſtor · Utrum aūt tunc facta eſt impaſſibilis cū egreſſa eſt a corpore aut tūc demū cum reddita eſt corpori ne ſine corpore glorificaret · non memini me legiſſe de ſanctis qs eduxit · De inferno ſi queret vbi fuerunt poſt reſurrectionem de⁹ nouit vel ſicut dicitur de dño fuerunt in extremis maris id eſt ſuper ampliſſimos fines orbis ·

De diuersitate aduentus mulierū: ⁊ numero angelorum. Rubr. Capitū. lv.

VERITVR aūt de diuersitate aduentus mulierū ad sepulcrum: q̄ vidēt esse in euāgelistis ⁊ etiā de diuersis apparitionibus ⁊ numero angelorū. Nā de maria magdalena dicit mathē⁹ ꝙ cognouit resurrectionē angelo reuelante. Ideo dicit eā ignorasse ⁊ dixisse. Tulerūt dominum ⁊ cetā Item mathē⁹ dicit eā pedes dñi tenuisse. Johānes dominum eam ꝓhibuisse ne eum tangeret. Mathē⁹ dicit eam gauisaz fuisse. Joh̄ fleuisse. Itez mathē⁹ dicit eam vnum angelū vidisse. Lucas ⁊ iohes duos. Hec omia soluūtur ꝑ ordinationem histoue: quā hic ponit augustin⁹ in glosa. Dicit enī ꝙ p̄ma sabbati diluculo venerūt ad monumentū vt omnes euāgeliste consentiunt. Jam aūt factum erat qđ hic dicitur ō terremotu ⁊ reuolutione lapidis ⁊ terrore custodum. Hemit aūt maria magdalena que ceteris feruētior erat/ vnde iohānes eam solam commemorat tacitis alijs q̄ cum illa erant: ⁊ videns lapidem sublatū anteq̄ diligentius inspiceret credens sublatum corp⁹/ cucurrit ⁊ nūciauit petro ⁊ iohanni: ꝑm iohānem/qui etiā currentes ad monumentū ⁊ non inuementes corp⁹ crediderunt qđ dixerat eis maria: scz corp⁹ esse sublatū/ ⁊ abierunt. maria aūt stetit ante monumētum fons plorans scz in orto: ⁊ tunc viderūt angelum sedentem sup lapidem reuolutū de quo mathē⁹ ⁊ marc⁹ Ad cuius verba maria dum fleret: inclinauit se ⁊ inspexit in monumentū: ⁊ tunc vidit duos angelos sedentes/ vnū ad caput: alium ad pedes. de quib⁹ lucas ⁊ iohes: qui dixerūt ei ꝑm iohm. Mulier quid plorasz Et intelligūtur hic surrexisse angeli vt ⁊ stantes viderent̄ vt dicit lucas: ⁊ dixerunt ꝑm lucam Quid q̄ vtis viuētem cum mortuis ⁊ cetā. Post hoc conuersa maria retro vidit hiesum stantē ꝑm iohem ⁊ non cognoscens eū putabat ortolanum/ sed notata ab eo cognouit eum: qui ⁊ dixit ei. Noli me tangere/ non dū enim ascendi ad patrem meū in corde tuo qz me non credis equalem patri: sed sublatū tanq̄ purum cadauer/ quasi diceret: quia non tātum mortuū queris viuētem tangere non meruis. Tunc egressa est de monumento: id est de loco ante lapidez effossum/ ⁊ cum ea alie mulieres quas ꝑm marcū timor muaserat ⁊ nemmi quicq̄ dicebant: ⁊ tunc hiesus occurrit eis ꝑm mathēū ⁊ salutauit eas et tenuerūt pedes ei⁹. Sic colligitur angelorz locutionem bis eas habuisse: vementes ad monumentū ⁊ etiā ipsius dominum bis: scz semel quādo maria eum ortolanum putauit. Et nūc itez cum eis occurrat vt eas ipsa repetitio in fide confirmaret. Hemit ergo maria magdalena annūcians discipulis: ⁊ alie que cum ea erant ꝑm lucam. Sed ob hoc obiicitur de angelo quē dicunt mathē⁹ ⁊ marcus eis apparuisse. qz mathē⁹ dicit eum sedisse supra lapidem reuolutū. Marcus vero intus/ dicit enim ꝙ introeūtes in monumentum viderūt iuuenē sedentem in dextris ⁊ cetā. Et hoc potest solui dupliciter ꝑm glosam: scz sic dicendo ꝙ duo fuerūt angeli vnus intus: alius extra Vel qđ est ꝓbabilius qđ dicat marcus ꝙ introierunt in monumētum: nō est intelligendum ꝙ intrauerunt in ipm lapidem exalsum: in quo fuerat corp⁹ positū. Sed in aliqua septa quib⁹ ambiebat̄ ⁊ ibi viderunt alium angelū in alio spacio ante petram sedentem super lapidem reuolutum. ⁊..

De Argumentis dominice resurrectionis Et numero apparitionū. Comestor Ca. lvi.

ANNO igit̄ decimonono imperij tiberij cesaris adhuc ꝓcuratore iudee pylato mortu⁹ est dñs ⁊ resurrexit. Resurgens aūt veritatem resurrectionis multis comprobauit argumētis multa in corpore suo ostendens ꝓter naturā corpous immortalis vt sic veritatem astrueret. ⁊ ab apīs ⁊ eorum posteris omēm ommino causam hesitationis amoueret. Comedit enim ⁊ bibit cum eis cum corpus spūale aborum alimonia nō indiget: in corpore ꝓprio cicatrices ostendit. cum a natura corpous immortalis pemt⁹ aliena sit omis defortmitas cicatricis. Rubr. Sed queritur de cibo isto quē comedit: quid factū sit nō enim in nutumētum corpous ei⁹ cessit: cum esset glorificatum. Rñdit Comestor

Qz cibi ab eo sumpti añ mortē cesserunt corpori ei⁹ in alimoniā. Post resurrectionem vero sumpti absumpti sunt sicut aq̄ missa in igne consumit. Unde glosa ibidez Aliter absorbet aquā terra sitiens: alius radius solis calēs. Illa indigentia: ille potestate. Comestor. Preter hec argumeta: lucas scribens historiā Actuū apostorum ponit alia. Cuit enī argumētum resurrectionis: ꝙ ꝑ dies quadraginta apparuit eis loquens de regno dei. Non est aūt

intelligendum ꝙ singulis .xl. diebꝫ apparuerat apostolis. Sed infra numerū tot diebꝫ decies apparuit eis vt ex euāgelica hystoria colligit̄ Ipsa enī die resurrectiōis quīq̄es apparuisse legitur. Primo mane magdalene. Secundo mulieribus redeuntib9 de monumento quādo tenuerūt pedes ei9 ⁊ adorauerunt eū. Tertio petro. Quarto duobus euntibus in emaus. Quīto decē apostolis absente thoma. Sexto post dies octo apparuit eis presente thoma. Septimo. vij. discipulis apparuit in piscatiōe ad mare tyberiadis. Octauo in monte thabor quando conuenerant in galilea. ita ante diem ascensionis apparuit octies. Ipsa vero die ascensionis apparuit bis. semel. xi. apostolis discumbentibus in cenaculo. Ecce nona apparitio. statimq̄ post comestionem apostoli. xi. ⁊ alij discipuli ⁊ mulieres de ciuitate vnanimiter egressi iuxta dñi preceptū venerunt in montē oliueti. ⁊ statim dominus apparuit eis. Ecce decima. Octo. Primo igit̄ iuxta marcum apparuit dominus mane magdalene vbi dicit glosa bede. Ideo prio mulieri apparuit vt que prima gustauit mortē. prima gustaret resurrectionem. Item ne ppetui reat9 apud viros obprobriū sustineret que in virū culpā transfuderat trāsfudit ⁊ gratiam. Item ideo peccatrici ⁊ tāte peccatrici apparuit primo vt ostēderet ꝙ vbi abundaret delictum. plerūq̄ superabundaret ⁊ gratia. ne scz aliquis digne penitēs de venia desperet. Videns eā quondā tot vicijs subditā nunc adeo a domino dilectā vt ipsis euangelistis ⁊ apostolis domini resurrectionem euāgelizaret. Vt autem ostendat euāgelista q̄s magna peccatrix fuerat ⁊ p̄ hoc in ea gratia dei euidentior fiat. Addit de qua eiecerat septē demonia. Vt enī ait gregorius in omelia super lucā. Septem demonia mala habuit que vniuersis vicijs plena fuit. Septenarius enim numerus vniuersitatis est.

De Appatitione facta ioseph ⁊ atucatione iudeorum cum custodibus. Capitulū. lvij

REGER ea que in euangelijs leguntur. de apparitione domini post resurrectionē. Legitur etiam in apostolo ꝙ visus est iacobo ⁊ quingētis fratrib9 simul. sed nec tempus nec modum determinat Quidam dicunt ꝙ iacobus mortuo domino vouit se non comestura donec xp̄us resurgeret ⁊ ideo dicūt ꝙ eadē die resurrectiōis apparuit illi. Querūt ⁊ qui dicerent ioseph eadem vesperа qua sepeliuit dñm a iudeis incarceratum ⁊ nicodemum latuisse ac demde factū discipulū Et ideo ante alios statim apparuit ioseph in carcere ad consolandū eum. Ex euāgelio nicodemi. Post sabbatum itaq̄ iudei qui incluserant ioseph iusserunt eum presentari. ⁊ apperientes per clauem signa ostij non inuenerunt eum. stupentibus autem omnibus sup hoc. Ecce quidā de militibus qui sepulcrū custodiebāt intrauit synagogā dicens. nobis custodientibus monumentum factus est terremotus ⁊ vidimus angelum domini quomā reuoluit lapidem monumenti ⁊ sedit sup eum pre cui9 timore facti sum9 quasi mortui. Et audium9 eum dicentē mulieb9 que venerāt ad sepulcrū ꝙ surrexit ihesus ⁊ precederet eas in galileam. Conuocātes autem iudei omnes milites custodes sepulcri dixerunt eis q̄ sunt mulieres ille ad quas angelus locutus est. ⁊ quare non tenuistis eas? Qui respondentes Mulieres que fuerunt nescim9. ⁊ nos p̄ timore angeli quasi mortui fuim9. quomō ergo illas apprehendere potuimus? dixerunt iudei viuit dominus qa non credimus vobis. Rñdentes milites quāta miracula faciente ihesu vidistis ⁊ nō credidistis. quomō ergo nobis credetis. Et vere vt dixistis viuit dominus sc̄z quem vos crucifixistis. Date nobis ioseph quē inclusistis in cubiculo ⁊ nos dabim9 vobis ih̄m quem custodium9 in sepulcro. Respondērūt iudei. Ecce damus ioseph. in arimathia est. Respondentes milites si ioseph in arimathia est ⁊ ihesus est in galilea. Sicut audium9 ab angelo dicente mulieribus. Hec audientes iudei timuerunt valde ne si hoc audiretur a populo oēs crederēt in ihesum. Et congregātes pecuniam multam dederunt militibus dicētes ⁊ cetera. Tres autem viri venerūt de galilea in ierusalē. scilicet phinees sacerdos. ⁊ adda preceptor. ⁊ ageus leuita. et dixerunt principibus sacerdotum ⁊ omnibus iudeis qui in synagoga erant. Ihesum quem crucifixistis vidimus cum. xi. discipulis loquentē in mōte oliueti ⁊ post hoc in celum ascendentem. Hec audientes principes sacerdotum ⁊ seniores dixerunt illis viris. date gloriam deo israhel. ⁊ date confessionem si vera sunt que dixistis. Respondērūt illi. Viuit deus abraham ysaac ⁊ iacob. quia sic vidimus vt locuti sumus et exurgentes principes sacerdotum tenentes legem in manib9 dixerunt eis. Noiuram9 vos

p deū israhel vt amplius non ānuncietis verba hec que locuti estis nobis de ihesu. Et dederūt eis pecuniam multam ⁊ miserūt cum eis tres viros vt deducerent eos in regionib⁹ suis vt nullo modo starent in ierusalem.

De Relatione Joseph super liberatione sua de carcere. Capitm. lviij.

CONGREGATIq; omnes iu dei fecerūt inter se lamentationē magnam dicentes Qđ est hoc signum quod factū est in israhel? Et tollentes thomū carte scripserunt ad ioseph dicentes. Pax te cum ⁊ omibus qui tecū sunt. Quia⁹ quia pec cauimus in deum ⁊ in te. Dignare ergo venire ad filios tuos/ qz mirati sum⁹ de assumptione tua/ dominus enī liberauit te de maligno cōsilio nostro. Pax tibi dñe ioseph honorabilis ab omni plebe. Miserūtq; septē viros amicos ioseph. Quos ille osculat⁹ suscepit in domuz suam. Alia aūt die ascendit sup asinum suū ⁊ venit cum illis in hierusalem: ⁊ occurrentes ei uidei salutauerūt ⁊ osculati sunt eū omēs. Suscepitq; eum nicodem⁹ in domum suā: ⁊ fecit ei conuiuium. Alia aūt die cōuenientes iudei: dixerunt ad eum. Da confessionem deo israhel. Quia enī contristati sum⁹ de eo qđ sepelisti corpus hiesu: includentes te in cubiculo p ptez diem sabbati posteza die querentes te nō inuenim⁹ ⁊ admirati sum⁹ nimis: ⁊ pauor apprehendit nos vsq; nunc. Et nūc pnite te coraz deo manifesta nobis: qđ de te actum sit. Respondit ioseph. Quādo me reclusistis i die parasceue: ad vesperam/ dum starem ad orationē die sabbati nocte media suspensa est dom⁹ in q̄ eram a quatuor angulis: et vidi hiesum sicut fulgorem lucis: ⁊ p timore cecidi in terrā. Et tenēs manum meā: eleuauit me de terra/ rosq; pfudit me ⁊ extergens faciem meā osculatus est me: ⁊ dixit mihi. Noli timere ioseph Respice in me ego sum hiesus quē tu sepelisti ⁊ tenens manum meā deduxit me ad locū vbi sepeliui eum: ⁊ ostendit mihi sindonem ⁊ fasciale in q̄ caput ei⁹ inuolui Tunc cognoui quia hiesus est ⁊ adoraui eum: ⁊ dixi. Benedictus qui venit in nomine dñi: ⁊ tenens manum meam duxit me i arumathiā dicens. Pax tibi vsq; ad q̄dragesimum diem non exeas de domo tua/ ego aūt vadaz ad discipulos meos. Cum hoc audissent principes sacerdotum ⁊ iudei stupefacti sunt ⁊ velut mortui ceciderunt sup faties suas in terrā. Et exclamantes dixerunt. Qđ est hoc signum quod factū est in israhel? Quidam aūt nomine leui dixit Ego cognoui de cognatione ei⁹ timentes deum: q̄ cum oratiomibus suis semp in templo offerebāt deo israhel. Sed ⁊ simeon sacerdos qñ oblat⁹ est puer in templo: suscepit eū in manibus suis: ⁊ ait Nunc dimittis seruum tuum dñe ⁊ cetera.

De Illis qui cum domino resurrexerāt. Et de coniuratione caum ⁊ leuncij. Ca. lix.

DRGENS aūt ioseph in medio dixit: bene admiramini quōz audistis qz hiesus visus est a morte resurgens ⁊ in celum ascendens. Qui⁹ aūt admiratio est qz nō resurrexit: ꝯ multos alios mortuos suscitauit/ qui ⁊ a multis visi sunt in hierusm Et nunc q̄a scimus omēs beatum simeonez sacerdotem magnum: q̄ suscepit hiesum infantē in manibus in templo habuisse duos filios fratres germanos ac nos in dormitiōe ac sepultura eoz in tumul⁹ Ite ⁊ videte monumēta/ apta enī sunt: quia resurrexerūt. ⁊ ecce in aumatia sunt viuentes in orationib⁹. Et q̄dam audiuntur clamātes: nemini aūt loquentes/ ꝯ sunt vt mortui silentes. Eamus igit ad eos cū omni reuerentia ⁊ coniurem⁹ eos forsitan loquētur nobis de resurrectione sua ⁊ de misterio. Hoc audientes omēs gauisi sunt. Et euntes annas ⁊ cayphas: nicodem⁹ et ioseph ⁊ gamaliel/ nō inuenerunt eos in sepulcris: sed ambulantes in arumathia: inuenerunt eos in orationе flexis genib⁹: ⁊ osculātes eos cum omni veneratiōe ⁊ timore dei: duxerunt eos hierusalem in sinagogam. Clausisq; ianuis tollētes legem domini posuerunt i manibus eoz coniurantes eos p deum adonay/ qui p legem ⁊ prophetas locut⁹ est: dicentes. Dicite si creditis q̄ ipe sit chustus q̄ vos suscitauit a mortuis: ⁊ enarrate nob quomō resurrexistis. Hanc ergo coniuratiōz audientes caun⁹ ⁊ leuncius contremuerunt corpore ⁊ gemuerunt corde. simulq; in celum respicientes fecerūt digitis suis sil signaculū crucis sup linguas suas: ⁊ statim locuti sunt: dicentes. Date nob singulos thomos carte: et scribem⁹ qđ vidimus ⁊ audiuimus. Et sedentes scripserūt singuli: sic dicentes. Hiesu chuste dñe deus resurrectio ⁊ vita mortuoz p̄mitte nobis loqui misteria que p mortem crucis tue opat⁹ es/ quia coniurati sumus p nomen tuū. Tu enī iussisti suis tuis

nemini referre tue maiestatis secreta que in in
feris feasti.

Relatio eorundem de illustratione inferni in
aduentu xpi. Capitulum sexagesimum..

OS cū essem⁹ cum patrib⁹ nostris
positi in caligine tenebrarum subito
factus est aure⁹ solis color purpu-
reaq; lux regalis illustrans super nos. statimq;
humanū genus pater adā cū omnib⁹ sanctis
patriarchis & prophetis exultauerunt dicētes
Lux ista actor est lumis eterni qui nobis p-
misit coeternū lumen suum transmittere. Et
exclamauit ysaias pphet' & ait. Dic est fili⁹
dei. lux patris sicut predixi cum adhuc viuerē
in terris. popul⁹ qui sedebat in tenebris vidit
lucem magnam & cetera. Cunq; exultarem⁹
omnes in lumine qđ supluxit nobis supuenit
genitor noster symeon. & exultans dixit oīb⁹
Glorificate filiū dei xpm. quia ego eū suscepi
infantem natum in manibus meis in templo
& spiritu sancto cōpulsus dixi. Nunc domine
viderunt oculi mei salutare tuū & cetera. Post
hoc superuenit heremicula. Et interrogat⁹ ab
omnib⁹ quis esset? respondit. Ego sum iohes
& pphēta vox altissimi preiui ante faciem eius
parare vias eius ad dandam scientiam salutis
plebi ei⁹ & cetera. Et baptizaui eum in flumīe
iordanis. Ipse fili⁹ dei ex alto veniens sedēn-
tibus nobis in tenebris ouetur. Cum autem
audisset adam q fili⁹ dei in iordane baptizat⁹
esset exclamauit ad filiū suū seth? & ait. Enar
ra fili patriarchis & prophetis que a michaele
audisti quando misi te ad portas paradisi vt
ibi dominū rogares tibi dare oleum de arbore
misericordie quo corpus meū pungeres cum
essem infirmus. Tunc seth appropinquās ait
cum orarem ad portas paradisi apparuit mihi
angelus domini michael dicēs. Noli laborare
lacrimis orando p oleo ligni misericordie vt
pungas patrē tuum pro dolore sui corporis
quia nunc nullo modo poteris ex eo acipere.
Sed in nouissimis diebus qñ completi erunt
anni. v. milia. d. tunc veniet sup terrā aman-
tissimus dei filius xpus qui resuscitabit corp⁹
IC redit hystoria ad ordinẽ suũ et cõtinuatur ei id quod supra dictum est. collectã factam a fidelibus antiochie missam pauperibus in iherusalem per barnabam et paulum. Barnabas igitur et paulus reuersi sunt a ierosolimis assumpto secum iohanne. qui cognominatur marcus post expletum ministerium Erant autem in ecclesia que erat antiochie. pret̃ eos qui venerant a ierosolimis pphete et doctores Qui audito consilio spiritus sci remiserunt paulum et barnabam in ierusalem ad petrum et iacobum et iohannem/ qui erant ibi. Et gauisi sunt audito mãdato angeli vel spiritus sancti. Et ieiunantes et orantes imposuerunt eis manus in modum ordinãtorum. nec de ordinatione apostolorum aliquid legitur. ul' quod dominꝰ imposuerit eis manus. De petro tamẽ certũ habetur q̃ antiochie missam celebrauerit. sed apostolis potuit pro ordinatione sufficere quod dictum ẽ a domino eis. hoc facite in meam cõmemorationem. Et illi quidem missi a spiritu sancto eodem duce itineris qui sepauerat eos a cetera/ abierunt seleuciam. et inde nauigauerunt cyprum. habebant autem secum in ministerio predicationis iohannem qui cognominatur marcus. et cum pambulassent vniuersam insulam cyprum usq; ad paphum inuenerunt pseudo pphetam iudeum nomine barieu. qui erat cum sergio paulo proconsule. Traditur autem sancti q̃ a sergio paulo ad fidem conuerso dictus est paulus. Unde hic primo fit in hystoria mendo de hoc nomine paulus. Solus Eugenes dicit q̃a semper fuit binomius dictus scilicet saulus et paulus. uel ī acceptione apostolatus primo sortitus est hoc nomen. ut qui primo a saulo persecutore dicebatur saulus. de superbo factus humilis/ p̃ saulo diceretur paulus/ quasi humilis & modicus. Unde quasi nomen suum int̃pretando dicit se minimum apostolorum. Dicetur autem xiij anno a passione domini promotꝰ ad apstatum cum barnaba. et sortitus pauli vocabulum. et q̃rtodecimo profectus ad magisterium gentium. Cui consonat ecclesiastica hystoria/ ubi legitur p̃ceptum apostolis vt post passionem per xij. annos predicarent ī iudea. terciodecimo autem anno ceperũt paulatim transire ad gentes. non tum tamen ex toto postea omĩno exierunt de finibꝰ iudee.

De itinere eorum predicationis causa donec redierunt antiochiam. Ca. x.

IM autem a papho nauigassent venerunt pergem ad ciuitaē pamphilie. ⁊ tunc iohannes discedens ab eis/reuersꝰ est ierosolimā. paulꝰ vero ⁊ barnabas venerūt ātyochiā pisidie que est m grecia: Et ingressi synagogam die sabbati sederunt quasi audituri legē .non predicaturi Post lectionē aūt surgēs paulus ⁊ manu silentium indicens/agressus ē facere grandem sermonem. inchoans a patribus descendens ad xp̄m ac dicēs. Notum sit vobis viri fratres.quia per hunc vobis remissio peccatorū ānuntiat ⁊ q̄ credit ī hūc iustificabit.q̄ nō potuistis ī lege moysi iustificari. Sequēti vero sabbato pene vniuersa ciuitas cōuenerunt ut audirent verbum dei. Quod videntes iudei repleti sunt zelo inuidie quo cōmoti ceperūt contradicere his q̄ dicebantur a paulo blasphemantes.blasphemus est enim qui ex inuidia obloquit veritati. Tunc repleti zelo dei paulus ⁊ barnabas constanter dixerunt/ vobis oportebat primum loqui verbum dei. iuxta verbū domini dicentis Nō sum missus nisi ad oues q̄ perierunt domus israhel. Sed q̄a repellitis illud ⁊ indignos facitis vos/ecce conuertemur ad gentes. Audientes autē gentes mendonem de salute sua gauise sunt. ⁊ glorificabant deum. ⁊ crediderunt multi ex eis. Iudei tamen concitabant mulieres religiosas/ ⁊ primarios ciuitatis. ⁊ eiecerūt eos de finibus suis At illi excusso puluere pedum in eos/venerunt ycomum.ibiq̄ predicationi eorum credidit copiosa multitudo iudeorum ⁊ grecorum. ⁊ demorati sunt multo tempore ibi fiducialiter predicantes: domino predicationem eorum miraculis confirmāte. Et cū factus esset impetus gentilium ⁊ iudeorum cum principibus suis/vt contumelijs afficerent apostolos/et lapidib9 fugarent eos .cō fugerunt ad ciuitates licaonie scilicet listram et derben. Et erat vir quidam listus claud9 ex vtero matris sue.qui nec ābulare nec stare poterat.iussusq̄ a paulo ī nomine xp̄i vt surgeret/statim exilijt ⁊ ambulabat. Turbe autem cum viderent paulum ⁊ barnabam putabant deos esse. ⁊ in forma humana eos apparuisse. ⁊ vocabant barnabā iouem.qui prior esse videbatur.paulum vero mercurium/ qui semper iuxta eorum opinionem iouem comitabatur . qui eloquens ⁊ literatus fuisse traditur.facundiam hominibus prestare putabatur. Unde mercurius quasi medius curzens inter auzes ⁊ linguas a latinis a grecis vero hermes quasi interpres dicitur De quibus postq̄ supervenerunt a bycomio ⁊ antiochia iudei. ⁊ concitatis turbis in persecutionē pauli lapidabant eum ⁊ eiecerunt eum quasi vide cadauer estimantes esse mortuum. De q̄ lapidatione ad corinthios ait semel lapidatus sum. Postea discipuli eiꝰ circundederunt eum assistentes ei/ ⁊ respirauit. ⁊ nescientibꝰ iudeis reportauerunt eum in ciuitatem/ ⁊ cō ualuit. Postera die profectus est cum barnaba in derben ⁊ predicauit ibi Postea redierunt per easdem ciuitates per quas venerāt confirmantes fratres in fide . ⁊ constituebāt pro se episcopos.quia erant migraturi ⁊ incerti vtrum ad eos amplius essent reuersuri Nauigauerūt antyochiā vnde prius exierāt . ⁊ morati sunt ibi non modico tēpore cum discipulis.

De primo concilio ierusalem celebrato super questione legalium. Ca.xi.

1 IN descenderūt quidā de iudea xp̄iani quidem.ad huc tamen iudaizantes.qui fuerant de secta phariseorū Facta est autem non minima seditio inter eos ⁊ paulum ⁊ barnabam.quia predicabant fidem absq̄ legalibus ad salutem non sufficere. ⁊ consentiebāt eis multi veteri consuetudine imbuti. ⁊ statuerunt vt pro hac litedirimenda ascenderent in ierusalem ad maiores apostolos.scilicet petrum ⁊ iacobum episcopum ierosolimorū Anno itaq̄ claudij.iiij ascendit paulꝰ cum barnaba assumpto tyto sicut ipse refert in epistola ad galathas. Et qui descenderant de iudea ascenderunt cōtra eos.quidā scilicet de hereti pharisseorum ad fidem conuersi .Qui cum venissent ierosolimam . ⁊ essent in presētia apostolorum petri ⁊ iacobi seniorum.surrexerunt contra paulum ⁊ barnabam dicentes. Oportet circundidi fideles ⁊ seruare legē moysi Et auditis vtriusq̄ partis sententia cōuenerunt apostoli seniores vt iudicarent super hoc Et post multam disceptationem/surgens petrus rationabiliter ostendit/ non esse imponendum fidelibus iugum legis.quia ipse consilio dei baptizauerat cornelium . ⁊ predicauerat

gētibus euangelium · ⁊ deus p̄dicationē eius confirmauerat · fide mundans corda eorū ⁊ antequam baptisarentur visibiliter mittēs super eos spiritum sanctum · nec indicens eis obseruantiam legalium · Et statim ceperunt paulus et barnabas narrare quanta signa ⁊ prodigia deus fecerat in gentibus per eos ·

Actor· Post hec iacobus auctoritate pontificali protulit diffinitiuam sententiam · quia questio ista mota est in ecclesia ierosolimitanacuius episcopus erat · nec poterat ad alium transferri nisi per appellationem · Petrus etiam nondum erat constitutus in cathedra pontificali · sed paulo post scilicz eodem anno quando ascendit romam ·

De diffinitiua sententia Jacobi super p̄dicta questione · Capitulum xij ·

Co mpuit iacobus iudico eos qui de gentibus conuertuntur non cogi ad grauitatem legalium · sed consulo ut dirigamus ad eos epistolā ut abstineant se ab immundicia ydolatrie · ut vere dei cultores sint · et a fornicatōe / ut sint casti · et a suffocatis ne carnes eorum comedant · ⁊ a sanguine ne illum bibant Ideo hec quatuor specialiter decreuit gentilibus conuersis prohiberi ut ab usu male consuetudinis reuocarentur · ydolatria enim maxime in gentibus pullulauerat · fornicatio quoq; q̄si naturale quiddam et nullius reatus reputabatur inter gentes · Erant autem proni ad effundendum sanguinem īmolatum diis suis ideo prohibiti sunt ab ydolatria et fornicatione / et etiam a sanguine fundendo uel bibendo Sed ō tūc id est de suffocato magna ē questio cur eis prohibitum sit · Et dicunt quidā q̄ duo prima prohibita fuerunt simpliciter et ad semper scz ydolatria et fornicatio · alia vero duo non nisi ad tempus scz donec confirmati essent gentiles in euangelio · quia enim p̄ni erant quidam eorum ad suffocandum homines ut sanguinem comederent humanum · et etiam consueuerant bibere sanguinem ydolis ymolatum uel hostium a se effusum · ideo prohibitum est eis ad tempus omne suffocatum ⁊ omnis sanguis donec a pristina consuetudine reuocarentur · uel ideo hec eis in p̄mitiua ecclesia p̄hibita sunt / q̄a iudei huiꝰmodi edulia abhominabantur p̄ cōsuetudine legis Ideo etiā eis ad fidem cristi cōuersis cōcessū est ab huiusmodi abstinere / ne fidem cristi abhorrerent · et quia mater synagoga uel lex cū honore deducenda erat ad sepulcrum · Unde si gentiles non abstinerent ab huiusmodi iudei societatem eorum abhorrerent nec habitarēt vnius mous in domo · Consimili causa circūcidit paulus thymotheum · et etiam sanctificauit se secundum legē · Sed postea retractatum est ab apostolo ad tytum / scilicet omia ubi dicit munda mundis · Alij dicunt q̄ omia ista simpliciter prohibita sunt et ad semper ꝯ ibi nō accipitur suffocatum pro quolibet suffocato · et quilibet sanguis pro quolibet sanguine · sed restringitur suffocatio ad oppressionem que fit inter homines scz quia maior oppremit minorem · fortior debiliorē / quod maxime solet fieri inter gentiles · Sanguis etiam restringitur ad humanum sanguinē qui prohibetur effundi · Sanguis enim in scriptura signare solet homicidium · unde dauid p̄t homicidium rue dicatur vir sanguinum · Huic sententie consonat glosa que dicit vir sanguinum hec necessaria sunt sine quibus non est salus Preterea noluerunt apostoli de ēminare hoc nomen suffocatum ut haberet locū mistetum · per suffocatum enim simpliciter sumptum intelligitur peccatum non confessum · aliquando autem minus p̄prie sumitur textꝰ vt locum habeat spiritualis sensus · Ad auctoritatem ieronim super ezecchielē que solet hic obijci potest dici · q̄ nō contemnantur sacerdotes qui comedunt suffocatum de transgressione / quasi a suffocato teneantur abstinere · sed tantum de gula et leccaritate · solent enim volatilia occidere suffocando siue iugulando itaq; sanguis non effunditur sed remanet mistus / q̄a sicut dicitur ex hoc teneriores ⁊ dulciores sunt carnes · et sic est ibi lecaritas que non conuenit sacerdotibus ·

De impletione totius legis per custum Capitulum xiij ·

POSTOLI Jhec igitur scripserūt eis · non q̄a hec sola sufficerēt ad perfectam circumcisionem spiritualem · sed quia in his maxime peccabant ut supra dictum est · ideo ab his specialiter et precipue eos abstinere preceperunt · Ceteras autem prohibitiones et precepta legis moralia voluerunt eos audire in synagogis p̄ singula sabba · ut paulatim in cognitioē

et obseruantia diuine legis ꝓficerent· Nam illuc etiam conueniebant conuersi ex gentib9 cum iudeis conuersis ad audiendam legem· Unde post predicta verba subdidit iacobus· Moyses enim in synagogis per omne sabbatum legitur· ac si diceret secundum vedam preceptorum acerbitate/et multitudine nolumus eos ad presens grauare et deterrere· Sed procedente tempore dum frequentius ad lectionē legis ⁊ ꝓphetarum conueniunt· paulatim vite instituta susꝯipient moralia/ scilicet ad obseruandum/cerimonialia ad spiritualiter intelligēdum· Augustinus cō tra faustum libro primo· Sunt etenim precepta vite agende·vt illud/non concupisces· ⁊ precepta vite significande·vt illud· circundides omne masculinum·viij·die·que omnia per xp̄um adimpleta sunt Lex enim per moysen data est· gratia ⁊ veritas per iesum xp̄um facta est· Que enim lex superbos etiam reatu preuaricationis deiunxit augendo peccatum·iubens quod implere non poterant·ipsius legis impletur iustitia per gratiā spiritus in eos qui discunt a xp̄o esse mites ⁊ humiles corde Prophetias aūt adimpleuit cum in eo facta est veritas promissio dei·quotquot enim promissiones dei in illo sunt vt ait apostolus· Item ipsa legis vniuersa ꝓphetia que non tantum verbis sed etiam quarundā actionum figuris saluatoris promittebat adventum ·veritas facta est per iheſum xp̄um· ex cuius aduentu iam regnum dei cepit annunciari·quia lex ⁊ ꝓphete vsꝯ ad iohannē· lex vt reos faceret qui deficerarent salutē· ꝓphete vt promitterent saluatorem·

Q̄ ideo legis vmbre cessauerunt quia veritas impleta est· Ca·xiiij·

ROINDE cum queris cur iā non circundidit xp̄ianus/si xp̄us non venit legem soluere sed adimplere·respondeo imo ideo iam non circundiditur xp̄ianus/quia expoliatio carnalis generationis que in illo facto figurabatur iā xp̄i resurrectione adimpleta est· ⁊ qđ in nostra resurrectione futurum est baptizmi sacrmēto commendatur·Nam neꝯ penitus auferri debuit vite noue sacramentū· quia restat adhuc in nobis futura resurrectio mortuoꝝ ⁊ in melius tamen id est succedente baptismo debuit commutari· qa iam factum est quod nunꝯ factum erat vt future vite eterne in resurrectione xp̄i nobis preberet exemplum Sabbati odium non obseruat xp̄ianus·quia iam in illo perpetuum habemus sabbatum q̄ dicit· Uenite ad me omnes qui laboratis ⁊ onera portatis ⁊ inuenietis requiem animabus vestris· Differentiam diorum iam non obseruat xp̄ian9·qa quod illis figuris ꝓphetabatur xp̄us impleuit· non admittens ad corp9 suū qđ in sanctis suis ad vitam eternā predestinauit ·quicquid per ista animalia in moribus hominum singnificatum ē· Animalium sacrificia iam nō offeruntur·quia q̄ taliū rerum figuris ꝓphetabantur īmolatione carnis ⁊ sanguīs sui xp̄s īpleuit ·Azima iā nō obseruat xp̄ian9· quia qđ ista figura ꝓphetabatur/expurgato veteris vite fermento/ nouam vitam xp̄us demonstrans impleuit· De carne agni iam nō celebratur pasca· qa qđ ista figura prenunciabat xp̄s agnus immolatus sua passione īpleuit · Neomenias nō celebrat·quia celebratio noue lune nouā creaturam singnificabat ·de qua dicit apostolus Ecce facta sunt omīa noua· Immundiciarum baptismata non obseruat· quia iā venit xp̄us consepelire nos sibi per baptismum in mortem ⁊ cetera· Scenophagiam non celebrat quia tabernaculum dei fideles ei9 sūt/ in quibus caritate sociatis ⁊ quodammodo compactis habitare dignatur·qđ illa figura promittebatur ita fuit vt omnia que ex illa scripta ꝓterea putatis nō obseruari a xp̄ianis qa ea xp̄us impleuerit· Ipsa quippe talium figurarum obseruatio·prenunciatio xp̄i fuit·

De impletione cerimonialium· Actor· Capitulum·xv·

QUOD quicquid in lege cerimonialium precipitur·in xp̄o spiritualiter impletur·aut in capite aut in membris unde iam veritate ꝓpalata literalis eorum obseruantia reputatur ydolatria dicente apostolo· ad galathas Ecce ego paulus dico vobis· quia si circūcidamini xps nichil vobis prodest· vbi etiam dicit glosa q̄ nō est leuior seruitus legis quam ydolatria Hoc autem ideo quia tempus eoꝝ transierat quo deus per ea se colendum statuerat Unde deceteto iam cassa ⁊ vana penitus in

nullo iuuare poterãt suos obseruatores/sicut nec ydola suos cultores defendere ⁊ ob hoc omi no nulla spes ī eis erat ponenda• sed tanq̄ sup stitiosa ac per hoc etiam pernitiosa ꝓcul erãt abijcienda Preterea dicit ibidem apostolus• Testificor omni homini circuncidenti se ꝙ debitor est vniuerse legis faciende Quod intel ligitur de illis qui ideo circuncidebant se/qa spem ponebant m circuncisione • quib9 etiã dictabat consciencia ꝙ omnia legalia integra liter erant seruanda • Unde consciencia licet erronea ligabat eos • ita ꝙ si hec aliqua ob mitterent peccarent ꝓpter consciencia • simi liter etiam obseruando ea peccabant• et ita p plexi erant• sed tenebantur deponere errorẽ sicut illi qui non eximuidia/ sed ex ignorantia custum crucifixerunt • putantes se obsequm prestare deo• Tempore vero medio inter le gem et gratie reuelationem / licitum erat ea seruare ꝓpter vitare scandalum iudeorũ/ vt superi9 dictum est• hec de ceremonijs legalib9 dicta sunt/ qne neminem iustificabant qa nec ad hoc instituite sunt• sed date sunt iudeis du us in flagellum• rudibus in pedagogum/per fectis autem in signum•

De completione moralium in euangelio• Capitulum xvi•

PORRO de moralibus preceptis que semper iustificant/et imutabi liter permanent/dicit dominꝰ ī euã gelio Nisi abundauerit iustcia urã Nec ideo manus custi grauiores sunt quam manus moysi• qm̃iam etsi difficili9 sit ī se/ non iratsi/quam non occidere • non concupiscere quam non mechari• tamen iugum custi leui9 est quam onus moysi ꝓpter septem scz ꝓpter fomitis debilitationem• ꝓpter gratiam conco mitantem/ꝓpter auxilium sacramentorum• ꝓpter aptam doctrinam• ꝓpter promissorum eternitatem• ꝓpter exempla custi et sanctorũ ꝓpter hostis alligationem• Manus autẽ moy si dicimus graues/non tantum ꝓpter defectũ horum auxiliorum/ sed etiam ꝓpter pene cru delitatem et acceleratiõe• quia statim absq̄ misericordia punebatur transgressor• et etiã ꝓpter ceremonialium multitudinem/ et ꝺ hac dicit petrus in actibus• Quid temptatis impo nere iugum• Et nota ꝙ eadem est pfectio m lege que in euangelio ut dicit augustinus• sed multa que in lege obscure p̃cepta sunt• ꝓpter impfectionem populi cui dabat• quia nõ subi to poterant ascendere ad pfectionem iustcie• in euangelio explanantur/et gracia reuelata lex spiritualiter intellecta cohibebat manum et animum• Sed ideo dicitur cohibuisse tan tum manum quia moyses ut purꝰ homo pu niebat manum quam videbat• nõ animũ quẽ non videbat• custus autem deus est/⁊ ideo in euangelio tam de exterioribus quam de inte rioribus peccatis penam determinauit • Ideo dicit glosa• ꝙ mandatum custi nõ est contra rium legi• sed latius legem in se continens• scz q̄ intelligerent eam ꝓhei• quia non intellige bant ibi prohibita nisi opera homicidij• uꝰ for nicationis/ vel huiusmodi• Unde et dominus ait• Non veni soluere legem sed adimplere In sũma vero nota ꝙ xp̃s legem impleuit vij modis• primo moralia seruando sicut ipse met ī euangelio dicit• Ego ei que placita sũt facio semper• et etiam ceremonialia/quia cir cumcisus est/baptisatus/oblatus ī templo/et huiusmodi • Item moralia explanando que ꝓhei male intelligebant• Item consilia p̃cep tis addendo Item umbras legales cessare fa iendo/et veritatem exhibendo quam promit tebant Item nobis gratiam cõferendo/qua moralia possumus implere/ que non poterãt impleri timore• ꝓpter hec omnia dicitur lex per moysen data est• Gratia secundum Au stinum ꝓtinet ad moralia id est ad caritatis plenitudinem• veritas ad umbrarum ceremo nialium reuelationem• Impletur autem lex utroq̄ mõ scz ut cũ fiũt q̃ ibi p̃cepta sunt scz moralia grãm • ⁊ cũ exhibent̃ q̃ ibi ꝓfetata sunt scz ceremoniarum significata/ per veritatem euangelicam • Item septimo modo im pleuit xp̃s legem ⁊ implet quottidie ut dicit Augustinus contra faustum•Quia enim in quit etiam sub gratia positis ī hac mortali vi ta difficile est omnimode implere quedam le gis p̃cepta/ut est illud•Non cõcupisces ipe per carnis sue sacuficium sacerdos factus im petrauit nobis indulgentiam• etiam hanc le gem adimplens•ut qõ ex nostra infirmitate minus implere possumus /eius pfectione re cupemus/cuius capiti membra facti sumus• Est itaq̄ rota in medio rote id est vetꝰ tes tamentum in nouo•et econuerso nouum ī ve teri=quantum ad p̃figurationem siue p̃nunci ationem/et intellectum spiritualem•vetus in nouo quantum ad exp̃sitionem•

De mutatione veterum sacramẽtorũ in nouа. Augustinus contra faustum. libro pumo Capitulum. xvij.

Nullum autem nomen religionis siue verum siue falsum coagulari possunt homines nisi aliq̃ signaculorum vel sacramentorum visibilium colligantur Quorum sᷣlicet sacramentorũ vis valet pluumum. ⁊ ideo contempta sacrilegos facit Impie quippe contemnitur/ sine qua nõ potest perfecta pietas Prio mœ prima sacramenta q̃ obseruant ⁊ celebrantur ex lege prenunciatiua erant xp̃i venturi: que cum suo aduentu xp̃s adimpleuisset/ ablata sunt. ⁊ ideo ablata quia impleta. ⁊ alia sunt instituta virtute maiora /utilitate meliora/ actu facliora/ numero paucora/ tanq̃ iustitia fidei reuelata. ⁊ in libertatem vocatis filijs dei iugo seruitutis ablato/ quod duro ⁊ carnali debito populo congruebat. Wilhelmus anthisiodorẽsis. Ecclesia tamẽ quedã legalia retinuit vt thurificationem/ quia nõ tã tũ quia significat quod semper faciendum ẽ. pau nanq̃ ratione ⁊ illud de carne porcina non comedenda retinuisset. sed quoniã ipsa literalis obseruantia moralis est. quod iuemire nõ est in porcina carne. vel in suffocato ⁊ sanguĩe In thurificatiõe nanq̃ deꝰ honorat. sicut in magnitudine ac pulcritudine templi materialis/ per quam singnificat magnitudo ⁊ pulcritudo templi spiritualis id est regni celestis. vel anime etiã iusti que maior est vt ait Augustinus toto mundo. non corporis distinctiõe sed potestate ⁊ virtute. Thimiama vero non. retinuit ne iudaisare videatur. ⁊ quia facilius incẽsum/ quod idem significat reperitur q̃ ille species aromatice de quibus thimiama confidebatur. Unctiõem quoq̃ retinuit ꝛ non eo modo q̃ lex vtebat Illic enim oleo sancto materiale tabernaculum vngebatur. hic autem crismate sancto. xp̃i tabernaculum spirituale inungitur. sᷣlicet homo ipse cum baptizatur.

De numero sacramentorum noue legis. Capitulum. xviij.

Et Ita ergo ille magnus medicus sᷣlicet per samaritanũ designatus ad genus humanum: qõ vbiq̃ acebat egrotum. eiq̃ oleum ⁊ vinum id est austeritatem comminationum. ac blandimẽta promissionum infudit. ⁊ eius vulnera p̃ ceptis ⁊ sacramẽtis salutarib9 alligauit. Inseptem nanq̃ sacramẽtis noue legis/ omnes nobis attulit causas salutis Cause enim sanitatis spiritualis non sunt nisi quatuor sicut ⁊ quatuor corporalis scz curatiua cõseruatiua. preseruatiua. melioratiua Curatiua duplex est. Quedam enim totaliter ⁊ simul curat. vt baptismus sᷣlicet culpam ⁊ penam omnino delens quãtum in se est Quedam vero paulatim vt penitentia Conseruatiua est confirmatio in hac enim datur spiritus ad robur ⁊ conseruationem gratie que data ẽ in baptismo Preseruatiua est matrimoniũ/ in qua concupiscentia carnalis ĩ ruinam p̃na turpitudinis exc̃pit honestate nuptiarum/ ne ruat in mortale peccatum Melioratiua ẽ ordo in quo gratia melioratur ⁊ augmentatur. ⁊ etiam extrema vnctio quia hominem in meliori statu ponit ⁊ securiorem reddit Est etiam medicina quedam predicta quatuor sola faciens sᷣlicet eucharistia quoniã ⁊ venialia curat ⁊ ab eis animam preseruat gratiam quoq̃ conseruat. quia panis cor hominis confirmat ⁊ etiam gratiam augmentat Potest etiam dici q̃ ẽ medicina resumptiua que baptisatis datur ad residendam animam. sicut corporaliter curatis datur electuarium confortatiuum. Unde ⁊ reducitur ad curatiuam. Sciendum autem q̃ cũ sacramẽta iustificare dicuntur. quod contenti est continenti attribuitur Gratia nanq̃ in eis contenta iustificat Non ergo iustificant tanq̃ causa efficiẽs sed tanq̃ materialis. Sunt enim quinq̃ que diuersimode animam sanãt. sicut ⁊ quinq̃ que corpus Nam corp9 sanat de9 auctoritate. medicina effectiue/ dicta cõseruatiue. vas medici sicut pixis contentiue. medicus autem ministerio. Sic ⁊ deus animam iustificat auctoritate/ gratia vero vt medicina morbum expellẽs. impletio mandatorum tãquã dicta. sacramẽta quoq̃ tãquam vasa medicinalia. sacerdos aũt tãq̃ minister Nõ ẽ tamẽ omĩno simile de sacramẽto ⁊ de pixide. sed simile penit9 esset/ si vna tãtũ pixis esset in qua daret medicina vel si daret ĩ alia nõ prodesset. sicut baptismus si daretur ĩ alio liquore quã in aqua non prodesset. Ex sũma de casibus. Quid autem sit sacramẽtum ostendit augustinus dicens Sacramentum est sacre rei signum idem. Sacramentum est

inuisibilis gratie uisibilis forma ut species panis et vini·que sunt sacrificium visibile signāt mvisibile corpus cristi quod est sacramentū ecclesie· Quedam sacramenta sunt necessitatis et quedam voluntatis· Necessitatis sunt hec v· Baptismus Confirmatio Eukaristia Penitētia Extrema vnctio·Voluntatis vero hec duo ordo et matrimonium· Item quedam sunt in quibus confert gratia ut predicta necessitatis et ordinis·Alia in quibus non ut matrimonium · Effectus sacramentorum est ut talia sunt cuilibet qualis ipe accedit·bonis bona et malis et fictis mala sc3 occōnalit bonis sunt ad salutem malis ad iudicium· Ideo dicit canon q sacramenta nō dēbent cōferri peccatorib9 hec autem intelligas de peccatis manifestis·Nam ꝓpter occulta nō pfit alicui negari sacramenta nisi p ammonitionē secretam uel publice in genere factam··

De Institutione et potestate baptismi Petrus lambardus· Capitulum xix·

Et institutione baptismi cristi quādo cepit dari sunt opiniones· alij dicunt tunc institutum esse cum nicodemo dominus ait··Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto ⁊ cetā·Alij cū apostolis dixit· Ite docete omnes gentes baptisantes in nomine patris ⁊ filij ⁊ spūs sancti Sed hoc dixit post resurrectionē eis quos añ passionem binos miserat ad predicandum in iudea et ad baptisandum dicens in uiam gentium ne abieritis · Jam ergo institutus erat baptismus quia baptisabant simul et predicabant·Si vero queritur ī qua forma tūc baptisauerint sane dici potest ī nomine trinitatis sc3 in ea forma in qua baptisauerunt postea gentes·que ante passionem potest intelligi fuisse tradita licet non sit scriptum · Cōmodi9 ergo dicitur institutio facta · quando cristus a iohanne baptisatus est in iordane non quia mundari voluerit cū sine peccato fuerit·sed quia contactu munde carnis sue vim regenerativam contulit aquis·ut qui postea immergeretur inuocato nomine trinitatis a peccatis purgaretur· Tunc institutus est baptismus cristi in quo trinitas cuius misteriū tūc innotuit interius hominem baptisat·Celebratur autem hoc sacramentum tantum in aqua vt intelligat quod sicut aqua sordes corporis ac vestes abluit ita baptismus maculas animorum abstergit·vel ideo ut nullum inopia excusaret·qō posset si in vino vel oleo fieret Quod aqua signauit que de latere xpi manauit sicut sanguis alterius sacramenti signum fuit· Successit igitur baptismus xpi circumcisioni duabus de causis · Prima est quia maior cumulus gratie significatur ⁊ datur ꝑ baptismum quam ꝑ circumcisionem· Circumcisio enim inquantum circumcisio nō signat nisi remissionem peccati/ sed baptismus signat et remissionem peccatorum ⁊ infusionem gratie et extinctionem mundane et humane cupiditatis·Aqua enim abluit ⁊ reficit ⁊ extinguit Secunda causa est quia cōmunior est· baptisantur enim tam mares quam femine et non circumcidebantur nisi mares·Multiplex autē est potestas baptismi sc3 potestas ministerij excellentie inuocationis auctoritatis coopationis· potestatem ministerij dedit deus sacerdotibus/et etiam omnibus hominibus in articulo necessitatis· potestas excellentie intelligitur qua secundum meliorem baptistam melius daretur baptisma· et de hac intelligūt q̄dam q dominus potuit eam dare seruis / sed non dedit ne spes poneretur in homine· et ne tot essent baptism quot homines uel serui· Alij uero hanc intelligunt de potestate īuocationis · potuit enim dominus dare petro vt ad inuocationem nominis petri fieret baptismus hoc enim esset contra maiestatem diuinam·

De essentia et nomine baptismi·· Capitulum vigesimum·

Et essentia vero baptismi nobis videtur q nec sola aqua abluens vel aque ablutio est baptismus nec solus caracter sed illa duo·ita q vtrūq; sit vn9 baptismus et vnum sacramentum ab vnitate gratie signate·licet diuersa sint secundū essentiam sicut in sacramento eukaristie forma panis et vini et ipsum verum corpus xpi Nec ualet hec argumentatio aqua abluens transit ergo nō est baptismus/ licet enim trāseat inquantum aqua abluens tamen manet inquantum caracter· Si obijcitur q caracter·non est baptismus cum non sit visibilis forma/ dicimus quod non oportet quicquid est in sacramento esse visibilem formā sed sufficit q secundum aliquid sui sit uisibilis forma sic baptismus secundum aquam abluentem

Queritur autem cui est signum caracter Di
cimus q̄ hominibus et angelis sed hominibus
est intelligibile non visibile · Dicimus autem
q̄ angeli indigēt illo signo non enim vident
omnia in speculo eternitatis sed uident ibi
omnia sibi subiecta scz celum ⁊ ter̄am ⁊ similia
Ea vero que sunt in libertate nostu arbitrij
non vident nisi eis ostendantur per gratiam
quia anima humana quantum ad liberum
arbituum non est subiecta angelo · sed equa-
liter ⁊ quasi immediate se habent ad deum
Caracter ille cum sit illuminatio sicut dicit io
hannes damascenus passibilis est qualitas
anime sinderesim illuminans · ⁊ est causa mate
rialis gratie · preparat enim ⁊ habilitat ani
mam ad susceptionem · ⁊ per hoc q̄ est sigillū
est certitudo q̄ anima habebit gratiā nisi per
ipsam steterit · sicut sigillum episcopi est cer-
titudo clerico cui datum est · q̄ habebit pre-
bendam · Sciendum autem q̄ tupler est bap
tismus flumnis scilicet qui fit in aqua · flam-
mis qui fit per fidem purificantem · sanguinis
qui fit in sanguie p̄ martiriū Scz p̄prie baptis
mꝰ ē tinctio in aq̄ verbo vite sanctificata · Si
cut enim pannus tinctus in aliquo preciosо
colore preciosior redditur quā prius esset ·
sic anima in baptismo flumnis tincta per ca-
ractarem vel gratiam · Hac similitudine vo-
cauit dominus passionem suam baptismū · tin
cta enim fuit eius caro in sanguine suo · ⁊ per
hoc fuit pretium nostre redemptiōis · per hoc
venit ad gloriam nostre resurrectiōis · Cum
ergo baptismus flamnis ⁊ sanguinis nō sint
baptismi nisi per similitudinem · solus baptis-
mus flumnis imprimit caractarem ·

De forma baptismi · Ca · xxi ·

DFORMAM baptismi exigū
tur tua forma verborum ⁊ inten-
tio baptisantis · ⁊ elemētum aque ·
Forma verborum hec est Ego baptiso te i
nomne patris ⁊ filij ⁊ spirtꝰ sancti · Queritꝫ
vtrum verbum baptisandi sit de essentia ver
borum que exiguntur · Verba enim ista
in nomine patris et filij ⁊ spiritus sancti ad
multa se habent scilicz ad signandum ad bene
dicendum ad baptisandum · baptismus autē
sacramentum necessitatis est · ⁊ p̄pter hoc
necesse ē baptisantem determinatam intenti
onem habere ⁊ expressam · ne euagetur ani-
mus ad alia · Sed intentionē baptisandi quā
habet verbo exprimat · dicēdo baptiso te De
quantitate aque dicunt magistu q̄ in necessi
tatis articulo suffiat aqua tanta in qua po-
sset attingi pars principalior corporis scz ca
put · Quo abluto in tali articulo si puer nō
sit totꝰ natꝰ baptisatꝰ · ⁊ baptisatꝰ reputaꝫ
Vel si postea totus nascatur viuꝰ ⁊ dubite-
tur an sit baptisatus · remedium habemus ·
baptisandus enim est quia non dicitur itera
tum qđ dubitaꝫ esse factū · Queritur postea
de subtractione verborum · vtrum baptismꝰ
scilicet sit si tantum sic dicatur · baptiso te in
nomine patris · Videtur q̄ sic quia in prima-
tiua ecclesia fiebat sic · baptiso te in nomine
x̄pi · vt habetur in actibus · soluđo · Non est
baptismus si tantum dicatur sic · baptiso te i
nomine patris · baptismus tamē olim fiebat
in nomine x̄pi duabus de causis · Prima est
vt nomē x̄pi qđ erat incongnitum hominibꝰ
fieret celebre ⁊ amicum · Secunda est · quia
hoc nomen x̄pus dat intelligere totam trini
tatem · x̄pus enim interpretaꝫ vnctus · Onc
tus autem dat intelligere vnctam personam
id ē filium ⁊ personam vngentem id ē patrē
⁊ ipsam ūctionem id ē spiritum sanctū · Sed
hoc nomen pater non sic · p̄pter hoc non est
simile · Tamē si sacerdos ficte ita dicat · bap-
tiso te i nomine patris ⁊ hoc dicto obmutes
cat vel puer moriatur tunc fit verum baptis
ma · Summus enī sacerdos supplet qđ pie in
ceptum ē a minore sacerdote · Queritur po-
stea de additione vtrum scilicet sit baptisatꝰ
si dicatur sic baptiso te in nomine patris ⁊
filij ⁊ spiritus sancti ⁊ beati petri · ⁊ dicit ma
gistu q̄ si vltimum addat aliquis ex sola de-
uotione · nō intendens illud esse de essentia for
me verborum ē baptismus · Si vero credat
illud esse de essentia forme ⁊ p̄pter hoc illud
agat non est baptismus De corruptione ver-
borum similiter queritꝫ vtrum sit baptismus
si aliqs dicat ita baptiso te in nomne patris
⁊ filia ⁊ spiritus sancta · Videtꝫ q̄ sic · quia si
aliqua vetula ex simplicitate corrumpit for-
mam verborum corruptio huius nō impedit
quin sit baptismus · qđ concedunt magistu ·
si retineantur syllabe principales · Proquan
ta autem corruptione impediu incipiat · non
est hominis determinare · Sed si ille qui cor-
rumpit verba intendit introducere hresim
non est baptismus non p̄pter corruptionem
verborum sed quia non habet intentionem
baptisandi que necessaria est ad baptismum ·

De intencione baptisantis. Ca.xxij.

¶ INTENCIONe baptisantis dicamus q̄ si dubitat an factum sit mimice. an ex intencione baptisandi. tunc īuocandū est diuinū auxiliū secundum Augustinum. Si certum sit q̄ totum mimice factum ē baptizando9 est. Porro si patrinus nō credat nec sacerdos/ cum constet de paruulo q̄ non credit/tamē sacerdos intendit facere quod facit ecclia. ⁊ utitur forma debita/baptisatus est. quia fit in fide ecclesie. Unde sic intelligendum est quod ait Augustinus. non quia dicitur sed quia creditur id est quia fit in fide credentium Iterū etiam si nullus crederet et tamē aliquis uteretur debita forma verborum et haberet intentionem faciendi quod consueuit ecclesia baptismus ē Intelligendum est ergo verbum confuse qō sic fit quia creditur id est quia fit in fide credentium id est in tali fide quā solet habere ecclesia uel haberet si esset. Nobis vero videt quia nec duo nec tres nec plures possunt destruere fidem vniuersaliter. sed tota ecclesia potest fidem destruere per libertatem arbitrij Unde non est necessarium militantem ecclesiā forte necessitate totali sine necessitate rei. et ē simile in vniuersalibus dicitur enim q̄ necessarium est vniuersalia esse sicut hominē. sed nō necessitate pticulari. Nullus enim specialiter potest facere q̄ nullus homo sit. Omnes tamen ī simul sumpti possunt facere q̄ nullus homo sit. possunt enī omnes se obligare ad hoc vt nullus generet de cetero.

De baptismo paruulorum. Ca.xxiij.

¶ BAPTISMO paruulorum consideranda sunt tria. scz antecedentia q̄ sunt orationes quas dicit sacerdos. ⁊ exorcismus ⁊ cathecismus. Est autem exorcismus idem qd adiuratio/qua sacerdos adiurat demones dicēs exi ab eo spiritus immunde. et dicunt multi q̄ per exorcismum expellitur diabolus: nō quantum ad peccatum/ sed quantum ad hoc q̄ nō habet potestatem nocendi paruulo corporaliter. Alij dicunt sicut prepositiuus/ q̄ quantum ad diminutionem peccati. Unde dicebat q̄ si puulus decederet statim post exorcismum minores tenebras pateretur q̄ si non esset exorcisatus. et magis peroperet de luce spirituali. Nobis autem videtur q̄ exorcismus et cathecismus et salis limitio duabus de causis fiunt. Prima est ꝓpter honorem et solemnitatem baptismi. Secunda est ad intelligentiā eorū que fiunt baptismus Salis enim limitio signat discretiones que dantur in baptismo. Unde sicut lumīe cum ponitur in manu puuli non illuminatur ꝓpter hoc anima. sed per hoc significatur q̄ anima illuminatur spiritu aliter in baptismo. sic ꝑ exorcismum nō expellitur diabolus sed significatur expellendus. Est autem cathecismus idem q̄ īstructio baptizandi de articulis fidei. Nam in primitiua ecclesia adulti baptizabantur. sed ante īstruebantur in fide. Et baptizabantur sabbo pasche/ ad signādum q̄ per baptismum resurgūt baptizati a morte peccati. vel in sabbato penthecostes ad signandum q̄ per baptismum datur spiritus sanctus. Igitur ut ostendatur vnus esse baptismus / fit etiam modo sic in puulis. licet quandiu sint puuli nō sunt susceptibiles disapline. et cum patrinus respondet credo et volo baptizari/ respondet ꝑ paruulo. sed īmꝓprie loquitur. et est sensus iste paruulus est patus suscipere fidem et baptismum Obligat enī se patrinus ad hoc / ut cum ad adultam etatem puenerit paruulus/īstruat ipsum de articulis fidei. et qualiter abrenūciare debet diabolo et omnibus pompis eius. Dicimus ergo q̄ licet non credat tamen baptizatur in fide patrini uel ecclesie. Sicut peccatum enim non habet a se sed ab alio: sic nō mundatur per fidem ꝓpriam. fidem dico notam. sed per fidem alterius. Cathecismus ergo non est ꝓprie sacramentum sed sacramentale. nec exorcismus. sed exufflatio quā facit sacerdos sacramentalis est. ⁊ significat quod per spiritus sancti flatum exufflatur potestas diaboli. Similiter saliua sacramentalis est ⁊ significat sapientiam diuinam.

De effectu baptismi. Ca.xxiiij.

¶ PROCEDIMUS autem q̄ puulis in baptismo dantur virtutes ⁊ q̄ adultus cooperatur ad sui mūdationē. Credit enim primo libero arbitrio vt postea credat ꝑ fidē. ⁊ sic mūdat Paruulo autem nihil cooperatur. sed ꝑ solum baptismum recipit fidē/ꝑ quā mundat. Habet autem fidem in habitu. sed est habitus quidam ꝓpinquior actui / et quidam remotus /et quidam explicitus. et quidam implicitus.

Itaq; sicut simplex vetula fidē habet implicitam de quibusdam articulis· sic iste cum venerit ad annos discretionis fidem habebit·sed in habitu implicito ⁊ remoto ab actu sed aliqua leui explicatione crederet in actu· Baptizmus autē quidem actuale peccatum tollit totaliter· non tamen originale totaliter quia non quantum ad penam· Aliquādo enim cōminus est·maiorus ē coherentie· sicut gratia mortalia peccata expellit ·nō tamen venialia que difficillime separantur·cum quibus etiā decidit homo iustus Itaq; baptizm⁹ non aufert mortem corporalem ⁊ alias huiusmodi penas quinq; de causis ·quarum · prima est humiliatio scilicet vt per miseriam humilietur qui per superbiam cecidit vnde iob· Sagitte domini in me sunt quarum indig·e·s·m·io ē superbiam · Secunda causa est incussio timoris·vt homo attendens seueritatem vindicte domini· caueat sibi a gladio io ē a pena inferni· vnde sequitur· Terrores domini militant contra me· Tercia causa est stimulatio vnde in osee ·in funiculis ade traham vos ⁊ in vinculis caritatis · Quarta vt homo attendens huius vite miseriam conetur querere meliorem · Quinta ne homines magis appetent baptizari ꝓpter vitam corporalem q̄ ꝓpter spiritualem· Dicit autem apostolus q̄ sine pēnitentia sunt dona dei scilicet que donat spiritus sanctus in baptizmo· Sed contra dicit auctoritas·aut homo punit aut de⁹ punit Ideo dicendum ē q̄ baptizmus per locum a maiori efficaciam suam habuit a passiōe xp̄i· Deus enim puniuit xp̄um in passione ꝓ omnibus baptizandis·quia vt dicit ysaias· Disciplina pacis nostre super eum·⁊ ipe peccata nostra io ē penam pro peccatis nostris ptulit in corpore suo super lignum·sicut dicit beatus petrus·Si ergo decedat iste statim post baptizmum euolabit· quia per contritionem precedentem baptizmum/ cum passiōe domini sufficienter punitus iudicat a bonitate dei No secundum obiectum dicimus q̄ corpus xp̄i in se dignius ⁊ efficacius ē q̄ baptizmus sed non sequitur q̄ sit efficacius inquantū sacramentum·nec etiam eucharistia ē instituta ad tollendam penam·sed est sacramentū vnionis·baptizmus vero sacramentum renouationis Vnde aufert omnem vetustatem tam culpe q̄ pene quod non facit eucharistia Nota qđ passio xp̄i aperuit ianuam paradisi per satisfactionem ⁊ per causam meritoriam ⁊ vniuersalem omnibus baptizādis·baptizm⁹ autem aperit per causam efficientem singulariter· iustum enim hominem singularem facit euolare· Ascensio vero aperuit per effectum ·

De baptizmo etiam hereticorum non iterando· Capitulum·xxv·

SACRAMENTO quidem facit iniuriam qui dicit ipsum pollui per pollutionem ministrorum· Dicimus tamen q̄ baptizma hereticorum facit quosdam filios dei/vt paruulos· quosdā vero non/vt adultos qui imbuti sunt errore hereticorum· tamen verum baptizma accipiunt · vnde si veniant ad vnitatem ecclesie nō sunt rebaptizandi·quia vt dicit augustinus·Sanādum ē quod vulneratum ē· non curandū quod sanum est Sani autem sunt huiusmodi quantum ad illud in quo cōmunicant cum ecclesia scilicet quantū ad baptizmum· Si vero hereticī paruulos baptizent dicuntur illi filij ecclesie·non q̄ eos dominus genuerit de ecclesia que est legitima sua sponsa · ꝛ q̄ de heresi tanq; de ancilla ad op⁹ ecclesie· Ecclesia eniuos reputat quoscunq; generat domin⁹·siue per illos qui sunt de ecclesia siue per hereticos/ siue per paganos·quod signatum fuit per hoc quod dixit· Ingredere inquit ad ancillā meam ⁊ cetera· Baptizma ergo hereticorum facit remissionem peccatorum · ⁊ ibi spiritus sanctus non ī hereticis sed in sacramento suo io ē spiritus sanctus quantum ē in se/parat⁹ est dare gratiam suam per baptizmum · nisi per recipientem steterit ·Multiplex aūt assignatur causa quare baptizmus non iteratur· Prima enim est· quia cum baptismus deleat culpam · ⁊ omnimodam penam·si iteraretur homines per campos licencie discurrerent vsq; ad extremam necessitatem ·in qua facerēt se rebaptizari·⁊ sic statim euolarent ·⁊ ꝓpter hoc instituit dominus vt vnicus esset baptizmus ·Secūda causa est allegorica baptizm⁹ enim habet efficaciam suam a morte xp̄i que vnica est · Tercia ne fiat iniuria baptizmo Caracter enim baptizmatis perpetuus est · remanet enim in hereticis ⁊ etiam in damnatis in inferno ·Oñ non est simile de eucharistia quia corpus xp̄i non remanet perpetuo in homine nisi quan diu forma panis durat · Ideo non fit iniuria eucharistie si iteretur ·

De accedentibus ad baptismum recte uel ficte
Capitulum xxvi.

Non est autem necesse q̄ adultus accedat ad baptismum contritus.. Potest enim accedere attrit⁹ et dolens de peccatis.et tunc per virtutem baptismi ei dimittuntur.Si vero accedat contrit⁹ tunc iam habet fidem spem et caritatem.et dimissa sunt ei peccata quantum ad culpā. baptismus autem sequens augmentat in ipso gratiam.et tollit penam omnem id est omnem satisfactionem exteriorem. interiorem tamē nō

Petr⁹ lumbard⁹ Sacramentū igit̄ et rē simul suscipiūt omnes pueri.qui baptismo aboriginali mundantur peccato.Adulti quoq̄ qui cum fide baptizant̄. qui vero sine fide accedunt uel ficte sacramentum non rem suscipiunt.Qui autem effundunt sanguinem pro nomine ihū.etsi non sacramentum/rem tamē recipiunt. Nec tantum passio vim baptismi implet/sed etiam fides et contritio.ubi necessitas excludit sacramentum. Guillus antisiodorus. Ficte accedens suscipit baptismum sed non effectum baptismi/ quandiu durat fictio.Recedente vero fictione/baptismus effectum suum habz.id est facit quod pr⁹ fecisset si fictio non impediuisset.Unde delet totaliter omnia peccata que habebat iste ante baptismum.sed non delet illa que facit post.nisi quātum ad culpam.quia non est institut⁹ ad delendum peccata futura/sed tantum preterita et presentia.et etiam si ita esset.dolus fictionis videretur isti patrocinari. Constat enim quia si non ficte accessisset/penitentia sequens peccata post facta nequaq̄ in eo totaliter delet Itaq̄ de illis que facit ante baptismum non est iniungenda penitentia exterior/ baptismus enim nō exigit gemitum neq̄ planctū. exteriorem intellige.Nullus enim adult⁹ saluatur etiam baptizatus/ nisi habeat penitētiā interiorem scz cōtritione. Sed de alijs que fecit post baptismum iniungenda est ei penitentia exterior. et etiam de ipsa fictione secundū modum unum. Est enim duplex fictio.una secundum quam aliquis credit baptismū non prodesse.que ē fictio incredulitatis/istam nō delet baptismus cum sit contraria baptismo. Unde de ista iniungenda est penitentia Est ¶ alia fictio secundum quā aliquis non contritus recipit baptismū.et hoc est peccatū omissionis uel negligentie. ista deletur totaliter p baptismum.Baptismus enim non solum gratiam confert.sed etiam cumulum gratie.Est caracter illuminans animam/ad sciendum q̄d faciendum et quid non. magis q̄ sanatur per sola naturalia et debilitat fomitē ac remittit

De sacramento confirmationis Petr⁹ lumbardus. Capitulum xxvij.

Hic de sacramento confirmationis dicendum est.q̄ tempore apostolorum non ab alijs q̄ ab ipsis legitur peractum. nec ab alijs q̄ qui locum tenent eorum pfici potest aut debet.licet autem pspiteus baptizatos tangere in pectore.sed ñ crismate signare in fronte.. Circa essentiam huius sacramēti quinq̄ exiguntur Primum est forma verborum. secundum intentio cōfirmantis. tercium dignitas confirmatoris. Oportet enim q̄ sit episcop⁹. quartum ē ipa materia scz crisma.quintum est locus in quo crismatur scz frons. Forma verborū talis ē Confirmo te signo crucis et crismate salutis in noīe patris ¶ filij ¶ spiritus scti.Datur autem hoc sacramentum ad robur ut ydonei simus pugnare et portare nomen cristi coram regibus. Et hoc significat ipe locus et materia. locus quia confirmatio fit in fronte. ne videlicet erubescamus confiteri nomen cristi coram hominibus. Corde enim creditur ad iustitiam ¶ ceta Hoc sacramentum non habuit petrus quando ad vocem ancille erubuit nomen xpi Idem etiā significat ipa materia scz crisma. Inungūtur enim pugiles ut difficilius possint capi ab inimicis. Conficitur enī crisma ex oleo et balsamo.Oleum enim significat mitorem conscientie ¶ letitiam spiritualem p quam spiritualia bella superant̄. Balsamū autem significat odorem bone vite/per quem interficiuntur serpentes id ē demones Itaq̄ quando cristus insufflauit in discipulos dicēs Accipite spiritum sanctum ¶ ceta. hec datio significauit gratiam que datur in baptismo. Semel autē iterū dedit spiritū sanctū de celo i die pēthecostes ad robur ¶ hoc significauit robur grē.qđ dat̄ i sacramēto confirmationis Unde urbanus papa. Spiritus sancti septiformis gratia cum plenitudine sanctitatis scie ¶ virtutis.in confirmatione confertur.¶ iterum Omnes fideles per impositionem manus episcoporum post baptismum debent recipere spiritum sanctum vt plenī inueniantur

xpiani· Sed distinguitur duplex plenitudo scilicet suffiçientie· ⁊ hec datur in baptizmo· copie/⁊ hec datur in confirmatione· Igit in sacramento confirmationis non datur alia res vel alia gratia q̄ in baptizmo·sed que data est in baptizmo confirmatur ⁊ roboratur Unde dicimus sine preiudicio· q̄ idem est caracter baptizmi ⁊ confirmationis in essencia· differentia tamen ē secundum rationem· Differunt etiam in materia ·cum in baptizmo sit aqua·in confirmatione crisma·differunt etiā secundum statum: quia alius ē status inpiētium alius proficientium ⁊ pugnantium Nō autem prespiteri dare possunt hoc sacramentum quamuis possint dare baptizmum·quod vno modo maius ē ·quia sacramentum dicit magnum quatuor modis·Primo quantum ad efficaciam·⁊ hoc modo dicitur baptismus magnum sacramentum· inquantum enim homnē totaliter·Secundo quātum ad essenciam suā ⁊ hoc modo sacramentum eucharistie dicitur magnum ꝓpter dignitatem essencie corporis xpi·Tertio quātum ad signatum·sicut dicit apostolus matrimonium esse magnum sacramentum in xpo ⁊ ecclesia·signat enim matrimonium spirituale qđ ē inter deum ⁊ ecclesiā Quarto quantum ad effectus prerogatiuā ⁊ dignitatē·⁊ hoc modo confirmatio ⁊ ordo sunt magna sacramenta·dignior ē enim gratia confirmata/q̄ gratia simplex Nō potest autem confirmatio si detur non baptizato· quia confirmatio ē dispositio baptizmi·Unde non potest esse sine baptizmo· maxime cū baptizmus sit ianua sacramentorum·Nec ē simle de ordine·vbi si quis maiorem ordinē pretermisso minore receperit·sufficit supplere quod ommissum ē · quia vnus ordo non est dispositio alterius·imo diuersi ordines diuersa habent officia distincta a se inuicē·Nō est autem iterandum confirmationis sacramētum cum habeat caracterem· Petrꝰ lumbardus· Hoc sacramentum a ieiunis tradi debet sicut baptizmus·nisi aliter cogat necessitas·

De institutione eucharistie· Capitulum vicesimumnonum·

Et institutione eucharistie dictum est superius suo loco·Hoc sacramentum excellenter dicitur eucharistia id ē bona gratia·quia in hoc non modo est augmentum virtutis ⁊ gratie·sed ille totus sumitur qui ē fons ⁊ origo totiꝰ gratie Cuius figura preessit/ quando manna deus pluuit in deserto·vñ psalmista· Panem angelorum manducauit homo· Dominus igit ihesus ad inuisibilia paterne maiestatis migraturus/celebrato cum discipulis typico pasca/ quoddam memorabile eis commendare volens/sub specie panis ⁊ vini corpus ⁊ sanguinem suum eis tradidit :vt ostenderet sacramenta legis veteris inter que precipuū erat agni pascalis sacrificium/in morte sua terminabus·ac noue legis sacramenta substituit·in q̄ bus excellit misterium eucharistie · Ideo ⁊ post alia dedit·vt hoc vnum artius memoue discipulorum infigeret ⁊ ab ecclesia deinceps frequentaretur· Sed non ex inde disciplinā sanxit imposterum/ vt post alios cibos sumat potius a ieiunis sumi oportet/sicut apostolus docet·vt singulari reuerentia diiudicetur id est discernatur ab alijs cibis·quod dominus apostolis disponēdum reliquit·Sub alia aūt forma sumendum instituit · vt fides haberet meritum /que ē de his que non videntur · ⁊ etiam ne abhorrent animus quod cerneret oculus·quia non habemus in vsu carnem crudam ⁊ sanguinem comedere·Panis enim ad carnem refertur vinum ad animam · quia vinum operatur sanguineum in quo sedes anime a phis esse ostenditur · Ideo ergo in duabus speciebus celebratur· vt anime ⁊ carnis susceptio in xpo/⁊ vtriusq̄ liberatio significetur·quia caro xpi pro salute corporis/sanguis vero pro anima nostra offertur Sub vtraq̄ tamē specie sumitur totus xps· nec plus sub vtraq̄ ·nec minus sub altera tātum sumitur·tamen non fit conuersio panis nisi in carnem nec vini nisi in sanguinem· Nec debent dici duo sacramenta sed vnum · quia sub vtraq̄ specie idem sumitur·Nec iteratur sacram ntum·quia benedictio non repetitur super eandem speciem· Aqua vero admiscenda ē vino quia populum aqua significat· qui per xpi passionem redemptus ē· Cum ergo in calice vino aqua miscetur·xpo populꝰ adunatur ⁊ credentium plebs ei in quem credit copulatur·Quibusdam etiam auctoritatibꝰ colligitur· quia xps vinum ⁊ aqam mixtum dedit discipulis Si quis tamen non intendat introducere hęresim/obliuione uł ignorantia aquam pretermiserit non videtur esse irritum sacramentum·Nam et grecorum ecclesia nō

apponere aquam dicitur apponenda est in tã parua quantitate· ꝙ possit absorbeu a vmo· quia xp̃us non mutatur m ecclesiam· sed ecclesia mutatur in xp̃um·

De forma ⁊ re sacramenti· Ca·xxx·

te bonum ꝓpositum liteñ̄ suscipe sicut et nos
tuum. Cum hoc diceret petrus conuenit plu
rima multitudo. Tunc senex fortassis inquit
contristet vos presentia multitudinis. Et pe
trus. Nequaquam inquit. nisi hoc solū vere
oz ne forte disputantibus nobis cum palam
facta fuerit veritas. tu erubescas pro presen
tia multitudinis cedere. ⁊ his que vere dici i
tellexeris acquiescere. At hec senex ait Ego
non ita stultus consensi/ vt diligens qđ ver
est. abnuam id ob vulgi gratiam. Dico aūt
non gubernari mundum secundum dei proui
dentiam. quia multa in eo iniuste ⁊ inordina
te geri videmus. sed genesim dico esse. q̄ om
nia agit ⁊ continet At hoc cum petr9 respō
dere vellet. nyceta ꝑueniens ait. Indulgeat
mihi dominus meus petr9 ad hoc respondere
nec videatur pro teruum q; iuuenis cū sene.
sed vt filius cum patre colloquar. Tunc se
nex. Non solum inquit tu fili q; tibi videtur
vt prosequaris volo. sed de sodalibus tuis q̄
cumq; volueris. Collatio enim plurimorum
facilius ea que ignorant inuenīet. Post hoc
respiciens ad nycetam ait. expedi quod ꝓpo
suisti.

Assertio Nyc ete de ꝓuidentia. Ca. xxx.

HEC nyceta ita exorsus est. om
ne qđ ē aut est simplex aut compo
situm. Qđ simplex est caret nume
ro ponere diuisione. qualitate quantitate ⁊
ob hoc etiam fine. Que autem cōposita sunt.
necessario etiam diuidi possunt. Illud ergo
qđ simplex ē. ⁊ his omnibus carz q̄bus solui
potest qđ ⁊ sine actore subsistit sine dubio in
comprehensibile ⁊ immensum est. neq; initiū.
neq; finem sciens ⁊ ideo vnum ⁊ solum ē sine
actore subsistens. Quod autem compositum
est ⁊ numero ac diuisiom subiacet necessario
actore aliquo compositum est. ⁊ in vnam spe
ciem diuersitas congregata. Qđ ergo mmē
sum est/ bonitate pater est. virtute conditor
Neq; enim contendi virtus immēso cessare
potuit sed ad substituenda ea que sunt bonis
tate/ ad componenda ⁊ firmanda virtute ꝓ
uocatur. De mundi ergo ratione nunc pro
sequendum est cuius prima questio in duas
partes diuiditur. Queritur vtrum fact9 sit
an non. Et quidem si non est factus erit ipse
illud ingenitum ex quo omnia. Si vero fact9
est rursum queritur vtrū a seipo an ab alio
Si a seipso. excluditur sine dubio prouiden
tia. Sed si prouidentia non recipitur. frustra
animus ad virtutem prouocatur frustra iusti
tia custoditur si non est qui iusto pro meri
tis aliqnādo restituat. Sz nec anima immor
talis videbitur si eam post absolutionem cor
poris nullius prouidentie dispensatio excipiat
Si autem doceatur esse prouidentia. ⁊ per
ipsam factus est mundus. Adhuc queritur
quomodo prouidentia sit an generaliter erga
omnia quasi sūlicz deus ab initio mundum fa
ciens ordinem rebus dederit ⁊ cursum statue
rit ⁊ vltra eorum curam que geruntur ha
bere cessauerit. an specialiter erga partes sz
vt quorundam vel hominum vel locorum ꝓ
uidentiam gerat quorundam non. an ⁊ gene
raliter omnium ⁊ specialiter partium quasi ⁊
ab initio omnia fecerit de9 ⁊ vsq; ad finem ꝓ
singulos prouidentiam gerat. vt vnicuiq; ꝓ
actib9 suis reddat. Prima ergo illa ꝓpositio
que dicit q; de9 fecit ab initio omnia ⁊ cursu
atq; ordine rebus impositio de reliquo nichil
ad se revocet secundum genesim cuncta geri
confirmat. At quam primo respondebimus
⁊ his precipue qui deos colunt ⁊ genesim de
fendunt qui vtiq; cum immolant diis ⁊ eos
exorant. sine dubio contra genesim se impe
traturos aliquid sperant. ⁊ per hoc genesim

soluunt·Ego igit mundū dico a deo factum
t ab ipso quādoq; esse soluendū vt ille appa
reat qui eternꝰ ē·Et quidē qa factꝰ sit mū=
dus iste visibil·testantur etiā phi plurimi
Sed ne videamur quasi indigentes assertio=
nibus vti voluisse testibꝰ· de principijs eius
queramus· Ipm enim esse corporeū eoipso
q visibilis est constat· omne autem corpus
aut connexum est et solidū aut diuisum· Si
solidum fuit corpus ex quo factus est mun=
dus necesse est intelligi fuisse aliquē qui illud
connexū diuemeret et in ptes multas duceret
formasq; diuersas· Aut si ex diuersis corpm
ptibus omnis hec mundi moles cōpagnata
est necesse est etiam sic fuisse aliquem· qui in
vnum dispersa colligeret/ et diuersas rebus
species induceret·Dunc igitur nos conditō=
rem mundi dicimus deum·et ꝓbatur per hoc
non potuisse machinam mundi sine opifice et
ꝓuisore cōstare Sed t ex hoc ipso q in com
mixtione elementorum deficiente altero aut
habundāte cetera resoluuntur et condunt
ostenditur ea ex nihilo habuisse principium·
Nam verbi gracia deficiat in aliquo humor
nec aridum stabit· Dumore enī pascitur ari
dum sicut et fugus calido· Q si materia mū
di ꝓbatur esse facta et ex nihilo·quomō par
tes eius et species eiꝰ videbunt infecte· Ipe
quoq; forme ac mensure date corpibus mo=
dulatione sui manum testantur artifids· Q
si vtonei tibi testes videntur philosophi·pla
to de his in thymeo testatur· vbi de mundi
discutiens factura requirit/ vtrum sempr fu
erit an initium sumpserit· visibilis inquit est
mundus palpabilis et corporeus/ omnia au=
tem que huiusmodi sunt facta esse constat·
Quod autem factum est aliquem habet au=
ctorem· hunc autem factorem inquit paren=
temq; omnium/ et inuenire difficile est·et in=
uentum vulgo enarrare impossibile est· Sed
etsi ipe plato alijq; philosophi ō factura mū
di fuissent·quis est saltem exigui sensus ho=
mo qui cum cernat domum omnia que neces
saria sunt habentem/ cuius cameram in spere
gitum videat collocatam / eam q splendore
vario depictam/ luminaribꝰ preapuis ador
natam/ nō statim pronuncet a sapientissimo
artifice esse constructam·

Responsiones patus ad verba nicete t aqle

Capitulum xxxi·

EC ET multa alia cum niceta
dixisset·senex ita respōdit·Tu qui
dem fili prudenter et fortiter pro se
cutus es in tantum vt melius dici posse de p=
videntia non putem· Sed quoniam hora iam
multa est·cras ad hoc respondere aliqua vo=
lo de quibus si mihi satisfeceris gratie me fa=
cturꝰ debitorem· Dunc surrexit petrus·qui=
dam vero de astantibus rogabat petrum et
nos/ vt vestimenta semis que habebat sordi=
da et sissa mutaret·quem petrus et nos pro
optima et honesta sua voluntate collaudan=
tes dicebamus / quia nec nos ita insipientes
et impij sumus·vt cui tam preciosa verba cō
cedimus / non multomagis etiam corporis
necessaria prebeamus· Dunq; ille summa vi
a nobis senem auellere niteretur/et nos eum
vehementius retineremus / senex iuramento
preuenit dicens·hodie apud nullum manebo
nec ab aliquo quicquam susapiam·ne alterius
delectatio/alterius tristicia fit· Erat autem
ille primarius ciuitatis laodicie/discessit ergo
senex/ et postera die petrus mature surgens
excitauit nos/et pergentes ad locum oratio=
nis secretum / inde post orationem venimus
ad domum prefati primarij prudie constitu=
tam ad disputandum· Itaq; medium haben
tes petrum ingredimur et nos· et circumspi=
cientes sicubi videremus senem·Quem prior
videns petrus in medio turbe latitantem ad
se euocauit dicēs· clamorem multis animam
possidens·cur in occulto lates et verecundia
cōtegeris? Accede huc/et que tibi videntur
exequere· Statim q dantibus ei locum tur
bis accessit et ita cepit·Dic fuit hesterne dis
putationis sensus·q omnia que vident/certa
mensura/et arte/forma q et specie constāt
sine dubio sapientie virtute facta esse credēn=
da sunt·Q si mens et ratio est que hec condi
dit/ consequens est vt rationis prouidentia
mundus regatur·etiam si nobis ea que gerū
tur in mūdo minus recte geri videantur·Cō
sequitur autem vt si creator omnium deus ē
ac mens/sit etiam iustus· Q si iustus est ne=
cessario iudicat·et si iudicat necesse est vt ho
mines de suis actibus iudicentur·erit ergo in
ter iustos et peccatores iustum/quando q dis
cremen· Dec fuit vt opinor totius verbi cō
tinentia· Si ergo ostendi potest q mens et
ratio cuncta condiderit·consequens est ea q̄
secuntur ratione et prouidentia geri· Si ve
ro natura imprudens et ceca gignit diuersa

mittur iudicij ratio·quia igitur in hoc oīa pendent/ non moignemm si hoc paulo latius discuti ꝛ pertractau voluero·Cumqꝫ ꝛ aḋla multa proposuissꝫ·ait senex/fili sermones tui quamuis valiḋi sint·non possunt tamē flecte re me vt aliquiḋ credam extra genesim fieri posse·Dao enim·mihi omnia ī necessitate ge nesis acciḋisse ꝛ ideo suaderi mihi nō potest qꝫ vel bene vel male agere in nostra potestate sit·ꝛ si actus nostros in potestate non habe mus·non potest credi futurum iuḋicium per quoḋ vel malis pene vel bonis premia tribuā tur·

Verba clementis ꝛ responsio patris·
Capitulum·xxxij·

EQUENTI die cōgregatis iterum nobis ego ita ḋicere cepi· Deus per filium suum creauit mun ḋum tanquam ḋuplicem ḋomū interiectu firmamenti huius ḋistinctum·Insuperiori qui ḋem angelicas habitare virtutes·in isto aūt visibili mundo nasci hominum multitudinē de ḋit/exquibus eligeret amicos filio suo cum q bus letaretur nec tales eos vtique esse voluit qui necessitate nature aliuḋ quiḋ esse nō pos sent·seḋ qui arbitrio suo ꝛ voluntate boni esse desiderarent·quia nec laudabile est quoḋ nō est desiderabile/nec bonum iuḋicatur qḋ non proposito expetitur· Et vt breuiter ḋicam quo debeant cuncta concluḋi/cum deus iustꝰ sit qui hominum naturā fecit· quomoḋo fieri poterat vt ipse poneret genesim nobis cōtra riam que nos cogeret ad peccatum·ꝛ rursus vlisceretur ipse peccantes? Certum ergo est qꝫ non ob aliam causam deus peccatorem pu nit·nisi quia scit eum potuisse vincere seḋ ne glexisse victoriam· Infert autem ꝛ in p̄senti seculo vindictam in homines vt in eos fecit q diluuio perierunt qui vtiqꝫ omnes vna hora extincti sunt·cum certum sit non eos secundū genesis ordinem vna hora natos· Ad hoc se nex·plenissime ostēḋisti fili·seḋ ego vt ab initio ḋixi·huic incomperabili assertioni tue a propria conscientia prohibeor acommodare cōsensum·Noui enim ꝛ genesim meam ꝛ cō iugis mee·ꝛ scio vnicuiqꝫ nostrum ea que di ctabat genesis acciḋisse·ꝛ ab his que rebus mihi comparata sunt·verbis transferri non possum· Denicqꝫ quoniam te imbutum vide o huiusmoḋi disciplinis· audi coniugis mee scē ma·Habuit martem cum venere super cen trum·lunam vero in domo matris in occasu ꝛ finibus saturni·Qḋ scema adulteras facit ꝛ seruos pprios amare in peregre ꝛ in aquis defungi qḋ ꝛ ita factū est inḋoit enim in amo rem serui·ꝛ periculum simul oppriumqꝫ me tuens·cum ipso fugit ꝛ vt amori suo satisfe ciat·ī mari periit·Cui ego respondi·Onde sas quia peregre seruo sociata est·Certissime in quit scio·postquam enim profecta est·frater meus enarrauit mihi ḋicens·qꝫ primo quiḋē ipsum adamasset·seḋ ille qui erat honestꝰ vt pote frater noluit fratris thorum incesti ma cula polluere·At illa ꝛ me verens·ꝛ oppro brium non ferens infelix/neqꝫ enim imputā ḋum est ei quoḋ eam genesis facere cōpulit finxit somnium ꝛ ait ad me·Astitit mihi qui ḋam per visum·qui iussit me cum duobus ge minis meis sine mora ex vrbe profiscī·Qḋ ego audiens pro salute eius filiorumqꝫ solici tus mox eam cum liberis exire feci vnum qui iumor erat mihi retinui·

Qualiter omnes mutuo se agnouerunt·
Capitulum·xxxiij·

UNC EGO clemēs intelligēs qꝫ ipse fortassis esset patet meꝰ la cumns repletus sum·fratres quo qꝫ meos volentes prosilire ꝛ aperire rem·p hibuit petrus ꝛ ait ad senē·Qḋ nomen erat minori filio·Qui respondit Clemēs·ꝛ petrꝰ Si tibi inquit coniugem tuam castissimam hodie consignauero cum tribus filijs tuis credis quia potest pudica mens motus irra tionabiles superare·ꝛ qꝫ omnia que a nobis ḋicta sunt vera sunt·ꝛ genesis nichil sit·Re sponḋit senex· Sicut impossibile est te exhibe re quoḋ promisisti ita impossibile est extra ge nesim aliquiḋ fieri·Tunc petrus Testes in quit volo habere omnes qui presentes sunt me tibi hodie traditurum eos·ꝛ nunc accipe fidem rerum ex eo qꝫ omnem causam diligen tius scio qꝫ tu·cunctaqꝫ p ordinem enarrabo Et conuersus ad turbas ita cepit·hic quem videtis in hac veste pauperuma duis roma nus est ex genere cesarus· Nomen ei fausti manus· vxorem quoqꝫ nobilissimam mathi ḋiam omne sortitus est·ex qua tres filios suscepit quorum duo gemini· vnus qui erat iumor cui nomē clemens/hic est· Gemini ve ro sunt isti/miceta et aquila quoꝝ vnus pu

vocabaꝫ faustinꝰ ⁊ aliꝰ faustus Ot autē hec nomina nostra petrus enunciauit senex reso lutis ommbus membus quasi intercepꝰ cō cidit · nos autē filij irruentes super eum am= plectabamur osculantes eum·⁊ populus qui cem admiratione stupefactus est·Petrus au tem a complexibus patus ne eum necaremꝰ surgere iubet·et ipse apprehensa manu eius· quasi de profundo somno eū eleuans ac pau lulum recreans/omnia que gesta erant cepit exponere· quomodo frater eius in amorem mathidie mutuit/et illa viro indicare nōlēs somnium finxerut·et cetera que supuus tam matu q̄ filijs euemisse narrata sunt· Sed cū hec in auditu semis narratione gratissima tur bis petrus exponeret·ita vt audientes gesto rum miraculis/et humanitatis misertatione lacumarentur·nescio vnde audiens mater de recognitione patus/ cursu concito irruit in medium nostru cum clamore·vbi est vir meꝰ ⁊ dominus faustinianus·qui tam multis tem poribus affligitur·per singulas vrbes ambu lans et me querens? Hec cū illa quasi amēs clamaret et circumspiceret·senex accurrens cum multis lacumis amplecti eā cepit Tunc petrus rogauit turbas ut discederent·et da rent eis locum familiarius inuicem se vi = dendi·⁊·

Q̄ Petrus noluit faustinianum statim bap tisare· Capitulum xxxiiij·

IN NOTEM Sequenti die mane ad locum in quo pater cum matre quiescebat· vna cū petro ve nissemus·⁊ eos adhuc dormientes reppertsse mus/pre foribus consedimus·vbi petrus ita nos allocutus est Audite me dilectissimi con serui · scio quia grandē habetis affectū erga patrē vestꝝ/vereor ergo ne ante tps purge atis eū iugū religionis nrē susipe· nōdū ad id paratū/ad qđ forte vestu gratia videaꝫ ac quiescere·sed hoc non est firmum·Quod enī pter homnes sit probabile non est· et ato dilabitur·Ideoq̄ mihi videtur vt concedaꝫ ei adhuc pro arbitruo viuere · et iter agens nobiscum dum alios doceamus audiat · cum enim veritatem cognouerit· cuius agnoscen de studium gerit·ipse rogabit vt iugum reli gionis susipiat· aut si ei recipere non placet amicus permaneat· Qui enim id non ex cor de susipiunt/cum ceperunt ferre non posse/so lent non solum abijcere qđ susceperunt· sed quasi pre excusatione infirmitatis sue impi= unt viam religionis blasphemare· et male lo qui de his quos imitari non possunt· Ad hoc miceta respōdit·quid si interim dum eum dif ferri iubes pater noster moriatur·descendet in infernum vacuus·et in eternum cruciabit Cui petrus · putas quia siquis iuste vixisse putatur·iste continuo saluabitur? Non pu tas ab eo discutiēdum qui occulta hominum nouit/quomodo iuste vixerit? ne forte pro amicicijs hominum · aut pro sola consuetu = dine vel necessitate·aut qualibet alia ex cau= sa·et nō propter ipsam iusticiam·neq̄ prop ter deum? Non vi sed libertate salus acqui= rutur·nec per homnum gratiam/ sed per dei ficem·Preterea cogitare debes/quia deus p scius est·et nouit si hic suus est·Si ergo dig num est vt ingrediatur ianuam vite/deus oc casionem competentem dabit·erit q̄ initium ex deo et non ex homine·Post hec verba pa ter egressus ad nos/ et osculo nos salutans/ cum resedissemus ait·licet ne percontari ali= quid · an secundum pytagoricos tacendum semper est? Et petrus·nos inquit nequ silere semper/ neq̄ percontari aliquid cogimus ac cedentes ad nos· quamobrem si quid dicere vis require· Tunc senex questionem propo suit de bono et malo·vtrum aliquid sit in sub stantia et actibus · cui questiom noluit a me respondere/petrum vero nobis quasi arbitrū seruau· vt sicubi disputatio nostra exitū nō inueniret· ipse quod sibi videretur pronun= ciaret·et indubitatum finem rebus dubijs in terponeret·⁊·

De mutatione vultꝰ eiꝰ dolo symonis magi Capitulum xxxv·

ORTA disputatiōem cum iam do mi essemus preparantes ad edendū ingressus quidam nunciat appiōem cum anubione nuper venisse ab anthyochia ⁊ hospitari cum symone mago·Quod audi= ens patet gauisus est·⁊ ait petro·Si permit tis volo ire ⁊ salutare appionem ⁊ anubionē quia valde amici mihi sunt·Fortassis autem anubionem suadere potero disputare cum cle mente de genesi· etiam petrus permitto inq̄t et laudo q̄ amicos colis·considera tamē quo modo per prouidentiam dei omnia tibi ex sen tencia concurrunt·ecce enī nō solum affectio

ubi propria deo prestante reparata est· sed
etiam amicorum presentia procuratur· Et
pater vere inquit aduerto ita esse vt dicis·
Abijt ergo ad anubionem· Nos autem cum
petro positi per totam noctem interrogando
de diuersis questionibus/ & discendo ab eo/de
lectatõe ipsius doctrine peruigiles mansim9
Et cum iam auroraſcer3·petrus intuens me
& fratres meos ait·Miror quid visum sit pa
tri vestro·Cum hec diceret supervenit pater
& inuenit petrum nobis de se loquentem Cũ
q9 salutasset satisfacere cepit & causam expo=
nere ob quam foris mansisset· Nos autẽ ad
eum respicientes expauimus vultum in eo sy
monis vidntes vocem tamen patris nostri
audiebam9· Cumq9 refugeremus eum & ex
ecraremur stupebat q9 tam austere erga eũ
ageremus & barbare·Petrus autẽ qui vul
tum naturalem solus videbat ait ad nos·cur
execramini patrem vestrum Cui nos vna cũ
matre respondimus· Dic nobis videt symõ
vocem habens patris nostri Et petr9 vobis
quidem vox eius que maleficijs mutata non
est sola nota est·mihi autem etiam vult9 ei9
notus est·qui alijs arte symonis mutat9 ap
paret·Ecce autem vnus ex his qui anthio=
chiam precesserãt regressus ait ad petrum·
Domine mi symõ apud anthiochiam multa
prodigia faciens·nihil aliud populo persua=
det·nisi que ad odium tui pertinẽt magum te
nominans & homicidam ita vt desiderent si te
vsquam inuenire queant etiam carnes tuas
deuorare·Nos ergo videntes commotam ci
uitatem considerabamus quid fieri oporteret
Superuenit autem cornelius cẽturio missus
a cesare ad presidem cesaree publici negocij
gratia·Dunc accersientes clam causam ei ex
posuimus & vt iuuaret siquid posset rogaba=
m9· Qui ait·cesar maleficos per prouincias
inquiri iussit & perimi· ex quibus iam plu=
mi perempti sunt Ego ergo diuulgabo me ad
hoc missum a cesare vt istum magum capiẽ·
& cum socijs suis puniatur·& sic metu pulsꝰ
fugabitur· Igitur hec audiens symon ·disce
dens ex anthiochia·huc venit sicut audiuimꝰ
Cumq9 hec ille dixisset petrus respiciens ad
patrem nostrum ait·A symone mago trans
formatus est vultus tuus sicut apparet·Du
tans enim q9 a cesare quereretur ad penam·
terrutus fugit & vultum suum tibi imposuit·
si forte pro ipso capi & ad mortem dari pos
sis·vt filijs tuis tristiciam moueret·Dec au
diens pater cum lacrimis se infelicem excla=
mare cepit·Mater quoq9 sparsis & laceratis
crinibus plangebat· et nos stupentes quasi
amentes eramus· Anubion autem venit ad
nos·indicans nobis symonem fugisse per nos=
tem versus iudeam Dicam inquit quomodo
res gesta est·vbi venit faustinianus adsalu=
tandum nos·contigit vt ipsa hora circumsta
remus symonem dicentẽ q9 fugere vellet ipa
nocte·eo q9 quosdam venire audisset·qui ex
precepto imperatoris eum comprehenderẽt
omnem autem furorem vellet in faustinianũ
conuertere· Tantum inquit vos facite eum
cenare nobiscum & ego quosdam ingentũ
componam quo cenatus perungat faciẽ suam
& ex eo vultum meum habere videat· Vos
autem herbe cuiusdam suco perungimi puus
vt non fallamini de immutatione vultus ei9
Volo enim vt comprehendatur ab his qui
me querunt & luctum habeant filij eius q9 me
derelicto confugerunt ad petrum·Ego autẽ
anubion timui tunc faustiniano indicare hec
Sed nec ipse symon spacium nobis dedit vt
possemus ei secretius loqui·& cõsilium symo
nis aperire· Interea nocte symon iudeam pe
tens fugit cum appione & athenodoro· Ego
autem simulaui inequalitatẽ corporis vt do
mi remanens·facerem hunc velocius ad vos
redire si forte possit aliquo modo occultari
apud vos/ne ab his qui symonem querunt
comprehensus gratis pereat·

Qualiter dolus magi anthiochie profecit in
gloriam petri· Ca·xxxvi·

LEGIBOS ergo patre
& matre ac nobis omnib9 pro his
que acciderant petrus miseratione
permot9 ait· Audi faustiniane· Cum nobis
aliquid puri vtilitatis contulerit error iste
transformationis·tunc ego veram tibi vult9
tui ymaginem reddam Precede nos in anthi
ochiam·& in loco publico stans denuncia pe=
nitentiam tuam & dic· Ego symon denuncio
vobis & cõfiteor me omnia fefellisse de petro
Neq9 enim seductor est·neq9 homicida·sed
omnia illa dixi furore commotus·Obsecro
ergo vos ego qui dudum causas odij vobis
cõtra eum dederam·vt nihil tale de eo senti=
tis·sed ipsi credatis vt p̃dicatori vere a deo
misso & veri pphete discipulo· & si etiam ego
ipse post hoc veniens ad vos aliquid dicere

contra eum temptauero ne credatis michi. Cum autē videris populum ex sermone tuo conuerti/et depositis odijs recipere desiderium nostru. manda mihi et statim veniam. vultū q̄ propium qui tuis omnib⁹ notus est tibi reddam. Profectus est igitur pater meus cum matre. et duobus fratibus meis. et quibusdam ex familiaribus. Interea dum petr⁹ populum quottidie doceret. et virtutes multas faceret. post dies decem venit quidā missus a patre annuncians nobis. q̄ publice staret pater. symonem qui vultu eius videbat accusans. petrum vero immensis laudibus efferens/ita ut omnes desiderarent eum videre multos quoq̄ in tantum ei⁹ venisse amorem vt seuirent in patrem quasi in symonem/et manus ei vellent injcere. velut qui tantum mali cōmisisset in petrum. propter quod inquit in timore magno positus. misit me ut velociter venias et viuentem eum occupes. simul et crescenti erga tui desiderium ciuitati appareas. Quibus cognitis petrus conuenire populos iubet. et ordinato eis episcopo ac p̄sbitero. cunctis q̄ rite compositis profectus est a laodicia. vt veniret antiochiam. Cui occurrit faustinianus. eadem autē die ad vesperam restituta est in faustiniano facies p̄pria. et recessit ab eo aspectus symonis magi. Audiens autē symon vultum suum in eo ad petru glouam profecisse. festinus preuenit petrum. et cepit occulte per amicos suos amplius derogare q̄ fecerat. Tunc omnes expuentes in faciem eius. expulerunt eum de ciuitate dicentes. Reus es mortis tue. si vltra locuturus cōtra petrū huc tibi credideris esse veniendum. Omnis autem antiochie populus audiens venire petrum occurrit ei. et nobiles ac maiores natu cinere aspersi capita. penitentiam agentes/q̄ contra dicta eius magum symonem suscepissent. Ascendens autē petrus in eminentiori loco. iussit ante se poni omnem multitudinē egrotantium. quos omnes ī nomine ih̄u custi sanauit. ita vt omnes vna voce confiterentur deum. et intra septē dies plusq̄ decem milia hominū baptisati sunt ita vt omni auiditatis desiderio/theophilus qui erat cunctis potentibus in ciuitate sublimior. ingentem domus sue basilicam ecclesie nomine cōsecraret. in qua petro apostolo cathedra constituta est ab omni populo. Ego autem clemens cum fratribus meis et matre patrem allocutus sum. vtrum aliquid infidelitatis in eo remansisset. Tunc enim ille accedens prodidit ad petri pedes/petens vt diuine mense participem eum faceret. Petrus vero cum omni alacritate manum eius apprehendens. tradidit eum mihi et fratribus meis dicens. sicut tibi patru filios deus restituit. ita te patrem filij restituant deo. Indixitq̄ ieiunium oī plebi. et veniente die dominico baptisauit eum/atq̄ in medio populi ex conuersione eius materiam sumens/omnes casus eius exposuit. ita vt omnis ciuitas quasi angelum eum aspiceret/ac non minorem ei gratiam q̄ petro exhiberet.

Qualiter Petrus Rome sibi Clementem substituit et de regimine docuit. Actor. Capitulum xxxvij.

DALIGER Autem beatus petrus sanctum clementem in cathedra pontificali sibi substituerūt. idē clemens in epistola ad sanctum iacobum ihrosolimitanum ostendit dicens. symon petr⁹ qui vere fidei merito ⁊ integre predicationis obtentu. fundamentum esse ecclesie definitus est. tempore quo finem vite sibi imminere p̄sensit. inconuentu fratrum positus/apprehensa manu mea. in auribus totius ecclesie hec p̄tulit verba. Fratres et conserui mei clementem hunc vobis episcopum ordino. qui mihi ab initio usq̄ ad finem comes in omnib⁹ fuit ⁊ per hoc veritatem tot⁹ predicationis mee agnouit. quem pre ceteris expertus sum deū colentem. homines diligētem. castum. disciplinis studijs deditum. sobrium. patientem. Cunq̄ ego prodiens ad pedes ei⁹ rogarem excusans me. et declinans cathedre honorem ille respondens. pro hoc inquit ne rogaueris hoc enim fieri statutum est mihi. et eo magis quo excusas. quia hec cathedra eum qui eam cupit et audacter expetit non requirit. sed ornatum moribus/et in verbis eruditum. ⁊ si aliquis alius mihi tam sedulus adiutor astitisset. tam plene doctrine mee rationem cepisset. et ecclesiasticas dispositiones a me tam plene didicisset. habens alium talem non te cogerem bonum opus suscipere nolentem. Sed et aliud mouere/quia peccati periculum timens. suscipere refugis ecclesie gubernacula. certus esto quia amplius peccas. qui populum dei velut in fluctibus positum ⁊ periclitantem. cum possis iuuare subterfugis

rai tantūmodo consideratione habens · et nō quod in commune omnibus expedit pro uidens· Te igitur necessario suscipiētem libē ter episcopatus officium oportz quidem ire prehensibilit viuere ⁊ summo studio mīi vt omnes vite huius occupatiōes abijcias ne si deiussor existas / ne aduocatus litium fias·ne ve in villa prorsus inueniaris mundial negocij occupatione perplexus·ne verbo dei vacare non possis presentibus hominum cuus prefocatus· Ista autem aperta que tibi minus congruere exposui·sibi muicem exhibeant laydi·qui sicut tibi impietatis cumē est neglectis verbi dei studijs / solicitudines suscipere seculares·ita omcuiqz laycorum peccatum est·misi muicem sibi etiam in his que ad communem vite vsum pertinent operam fideliter dederint· Vo prespiteros vero sint ista·cauere ⁊ antequā necessarium ē·ne qō ī vobis adulterij occultum calescat incendium· Quid enim in omnibus peccatis adulterio graui9·secundū namqz in penis obtinet locum qō plurimūqz illi habent qui aberrant a deo· Sane sicut adulterij venenum cunctis malis permaosi9 est ita amor fratn9 ⁊ caritas totius bonī fastigium tenet· ⁊ ideo omnes diligite atqz cum religione ⁊ misericordia ad omnes respicite·pegrinos satis prompte in domibus vestris suscipite· Et ne omnia nunc sigillatim dicam· omne bonum ipsa per se si in vobis fuerit caritas facere vos docebit· Diacon. ecclesie tanquam oculi sunt episcopi cum verecūdia circumlustrantes actus totius ecclesie·⁊ perscrutantes si quem viderint vicinum suum pre dipitio·vt hec referant episcopo· Negligentiores ⁊ eos qui ad verbum dei audiendum tardius vel tanus accedunt hortentur ⁊ cōmoneant· quia si multo tempore auditum a verbo dei subtrahant·⁊ remaneāt inculti·sine dubio spinis ⁊ sentibus erunt occupati·⁊ p hoc ad ignem preparati· Eos quoqz qui fm carnem egrotant solicite perquirant·⁊ plebi indicent de his vt visitent eos·⁊ que necessaria sunt prebeant· Sed et de peregrinis refouendis simliter episcopo suggerant ⁊ ceteras his similia que ad cultum ⁊ disciplinā ecclesie pertinent· Et ego hanc o clemens tibi dispensationem iniungens·scio quia accipio gratiā magis q̄ presto· Sed confide quia premia p omnium salute suscipies· si hic pro omnium salute migiles· Deprecor autē te vt cum p̄sentis vite finem fecero iacobo fratu domini

descripta breuiter qualit mihi ab initio vsqz ad finem comes itineris ⁊ actuum sueris·que persingulas ciuitates me disputante vel predicante solicit9 auditor excepeus·⁊ quis me finis ī hac vrbe reppeuit estimare nō pigeat ⁊ ego quidem mi domine iacobe tibi iam pluriuma de his ipso iubente descripta transmisi· sub eo titulo quem ipse precepit affigi io est clementis itinerarium predicationis petri· Actor· Scripsit ⁊ clemens alias quatuor epistolas doctrinā petri continentes· Hec de actibus ipsius ⁊ doctrina ac morte sufficiāt

De filia eius petronella ⁊ sancta felicula exgestis eius· Ca·xxxviij·

IOHS filia fuit sancta petronella· Que cum aliquādo presente patre febribus laboraret discumbentibus apud eum discipulis·dixit ei titus Cum omnes a te sanentur infirmi· cur petronellā iacere permittis· Qui respondit· Sic expedit ei· sed ne putetur impossibilitas eius infirmitatis meis sermonibus excusari ait ad eam· Surge petronella ⁊ ministra nobis· ⁊ statim sana surrexit· Ministerio cōpleto iussit eam redire ad lectum· Ut vbi in dei timore cepit esse perfecta non solum ipsa sanata ē sed etiam plurimis dedit orando salutem Et quia nimis speciosa erat· venit ad eam flacc9 comes cum militibus vt eam haberz vxorem Cui illa respondit· Si me vis habere vxorē fac matronas virgines ad me venire vt cum ipsis vadam ad domum tuam· Post tuoū ergo petronella ieiunijs ⁊ orationib9 vacās cum virgine felicula collectanea sua communicans per manus sancti nycomedis prespiteri reclinans se in lectulum migrauit ad deum Flaccus ergo comes animum suum ad feliculam vertēs dixit ei·vt vnum eligeret· aut ei nubere aut ydolis immolare· Ut illa vtrū q̄ renuens septē dieb9 in carcere clausa fuit Vbi cum sepe admonita mutari non posset· septem alijs diebus sine cibo permansit·ac p inde torta est in eculeo et in cloacam proiecta·Quam sanctus nicomedes presbiter eleuans sepeliuit Qō audiens flaccus comes fecit nicomedem teneri·et ad sacrificandum cōpelli· Qui cum diceret ego non sacrifico nisi deo omnipotenti qui regnat in celis / plumbatis diutissime cesus migrauit ad dominū· cui9 corpus in tybericm proiectum sanctus iustus

clericus/eiusdem sancti corpus collegit·et in suo oratulo sepeliuit·

De sancto marciale lemouicensi ex gestis eius Capitulum xxxix·

IDEM Apostolo silicet beato petro sanctus marcialis adhesserat· beati stephani prothomartiris consanguineus· qui olim cū esset quindecem annorum cum parentibus suis venit ad ihesum in tribu beniamin predicantem · qui iubente domino baptisati sunt a sancto petro apostolo·Parentibus ergo ad propria redeuntib9 marcialis remansit cum domino/et semper ei adhesens/ factus ē vn9 de septuagintaduob9 xpi discipulis· Post autem ascensionem domini semper adhesit sancto petro·cui etiā carne propinquus erat· Cum ergo beatus petrus diu rome predicasset/apparuit ei dominus dicens·ut mitteret ad gallias marcialem Vocans itaq; petrus marcialem narrauit ei visionem·et sic ab eo bene instructus profectus est cum duobus presbiteris·Cunq; iam diu processissent· vnus ex presbiteris mortuus est·Tunc marcialis ato romam redijt & hoc beato petro apostolo nunciauit·At ille vade inquit ato · et tolle bacculum meum in manu tua/ & cum corpus eius tetigeris resurget·et sic fecit·Dementes ergo in prouincia lemouicinam dominum predicabant· et multa miracula facientes/et multos mortuos suscitantes·infinitos populos conuertebant·Ingressi autem vrbem lemouicinam·a quadam matrona nobilissima benigne suscepti sunt · In cuius domo cum quendam freneticum sanasset·baptisauit matronam nomine susannā et totam eius familiam· tunc etiam perrexit ad theatrū/vbi a sacerdotibus ydolorum graiter verberatus· et missus est in carcerem· Qui cum sequenti die oraret · lux immensa carcerem illustrauit · et cathenis confractis et hostijs apertis·omnes qui ibi aderant prostrati baptisma petebant· Sacerdotes vero qui eum percusserāt·ictu fulminis extincti sunt Tunc omnes curentes ad carcerem eduxerunt eum promittentes q̄ crederent si illos sacerdotes mortuos suscitatos viderent. Qđ & factum est/ & baptisauit ex eis vigintiduo milia hominum· Susanna vero migrans ad dominum reliqut sancto marciali valeuam suam filiam que statim promisit virginem se permansuram· Audiens autem q̄ stephan9 dominus totius prouincie/a rodano vsq; ad mare veniret ad vrbem lemouicinam· sciens q̄ ipse moleste ferret votum quod fecerat· omnes interim diuitias suas pauperibus erogabat· Cum ergo veniisset/eam venire ad se precepit· quam videns nolle sibi cōiungi/ira tus iussit eam citius decollari· Armiger autē qui eam decollauit·audiens angelos cum laudibus eius animam deferentes· reuersus ad dominum suum · cum illi narrasset cecidit ad pedes eius/et mortuus est · Tunc cepit dux cum toto exercitu nimis timere · et mutus alicio/ rogauit sanctum marcialem ad se ato venire·et penitens promisit q̄ crederet si suū armigerum suscitaret·Qui statim suscitatus pedibus eius aduoluitur·et penitens cum duce et cum quindecim milibus·de exercitu baptisatur · Interea dux ille iussu neronis perrexit in ytaliam cum immenso exercitu bellatorum· et cum perfecissent neronis impium· perrexerunt romam videre sanctum petrum Quem inueniunt loquentem ad populum·& nudis pedibus in alicio coram eo prostrati· petebant suorum veniam delictorum · Tunc petrus videns tam pulcram gentem interrogauit qui & vnde essent·tunc dux narrauit ei per ordinem qualiter conuersi essent per beatum marcialem·

De quibusdā eius miraculis et obitu eiusdē· Capitulum xl·

EDENTES igit̄ posuerūt pius videre sanctū marcialem q̄s ad propria remearent · et cum iuxta quendam fluuium logiassent·filius archadij comitis pictauensis· propter estum i fluuio se balneans · a dyabolo suffocatus interijt·Quem cum nusquam exercitus reperiret·pater eius cum nimio luctu venit ad sanctum marcialem·rogans vt ei filium suum suscitaret·Pergens ergo ad locum adiurauit demones· vt corpus de flumine *eijcerent*· et ipsi in specie visibili astantibus apparerent · Et protinus exierunt tres demones quasi ethiopes fuligine niguores·pedibus magnis oculis terribilibus· et cruentatis capillis totum corpus tegentes·et per os et nares ignem sulphureum emittentes·loquendo vero vocem coruinam imitantes·Et cum iussi dixissent nomina et officia sua·misit eos in terrā

ɒefertam·preᵹipiens eis ꝟt nullam creaturᾶ
ledɒrent·Commotuſqꝫ lacrymis rogantium·
ſuſcitauit protinus hildebertū·Qui narrauit
coram ommibus quomodo a ɒemonibus ſuf=
focatus eſt· ⁊ cum cathenis conſtringere eū
vellent eupuit eum angelus ⁊ oſtēdens ei ig
nem purgatorium duxit eum ad ianuam pa
radiſi·Obi cum diſceptarent ɒemones ꝑ eo
venit vox ɒ celo iubēs ut ille reſurgēs·xxvi
annis viueret·Et his dictis totondit ſe ⁊ fi
cut eum angelus docuerat in mirabili abſtin
entia cum ſancto marcialj permanſit·Sanct9
autem marcialis tantis miraculis floruit qꝺ
mulier etiam quedam marutum ſuum parali
ticum baculo illius ſibi ſuperpoſito ſanauit ⁊
eodem baculo oppoſito incendium burdegale
ciuitatis extinxit· In lemouicina autem ciui
tate·cum quandam eccleſiam dedicare vellet
predictus dux ɒ toto regno ſuo diuites ⁊
pauperes ad dedicationem baſilice inuitauit·
Quos omnes cum ſanctus marcialis propter
feſtum in caſtitate eſſe premonuiſſet· quidā
miles intra miſſam cum vxore ſua a ɒemoni
bus arrepti vexabantur·Et cū adducti eſſēt
ad preſulem · interrogauit ɒemones cur hoc
feciſſent·Qui reſponderunt·Quia heu prece
peras ommibus vt ſe caſte tenerent·iſti totā
noctem in libidinem dedurerunt ideo ingreſſi
ſumus in eos Sed tamen tandem ſanauit eos
ſanctus marcialis precibus ducis ⁊ populi cir
cumſtātis ·Tandem anno a paſſione domini
xl·apparuit ei dominus · predicens ei huius
vite exitum·⁊ regni celeſtis ingreſſum·Qui
ſtatim conuocatis omnib9 quos conuerterat
xp̄ianis·omnibus poſt predicationem vale=
faciens·febre corripitur·⁊ aduenīente domi
no ab angelis in celum ɒefertur·

De ſanctis Sauiniano ⁊ potēciano et altimo.
Ex geſtis eorundem·. Ca·xli·

X HOMERO quoqꝫ ·lxxij·
xp̄i diſcipulorum fuerūt ſancti·Sa
uiniānus ⁊ potenciānus et altimus·
Qui cū multos infirmos ſanitati reſtituerent
⁊ non tam verbo qꝫ ſignis et virtutibus quoſ
cunqꝫ poſſent aberrore reuocarent a beato
petro miſſi ſunt vt galliam vcolatue deditam
dyabolo auferrēt·xp̄oqꝫ munus acceptabile
offerrent·qui etiam ſauinianum primatē cō=
ſtituit gallie Dementes ergo ad vrbem ſeno
nis tunc famoſiſſimam ac populoſiſſmā·non
ceſſabant populum a cultura ɒemonū ad deū
reuocare· Illic beatus ſauinianus pontificalē
quā a beato petro illuc deſtinat9 accepat cō
tra incredulos ſtrenue ⁊ conſtanter poteſta
tem exercebat· Tantaqꝫ ſpiritus ſanct9 gra
tia in corde eius perfuſa erat ·vt quos ſermo
ne tangeret ad ardorem celeſtis deſiderij vehe
menter accenderet· Dumqꝫ celeſtib9 ſanctio
nibus inſiſteret·dyabolus quoſdam ſecte ſue
viros contra eum excitauit·Qui dum cerne
rent ſimulacrorum ſuorum cultum caſſari·⁊
ritus gentilitatis ac venefica ſperni·ɒorum
ſuorum contemptum beati viri ludibrijs ⁊
leto ſanxerunt vlciſcendum·Dūc ergo in me
dio peſtilentis conciliabuli ſiſtunt·⁊ aliquāti
ſper ɒe altercationibus fidei conueniunt· Ꝺ3
ueritatis aſſertionī cordis aures obturātes
ſeqꝫ cum porrētis ſuis execrari gemētes·mox
eum capitali vltione plectendum cenſuerunt
Duic mox potenciano in epiſcopatu ſucceſ
ſit·Qui dum predicationi ardenter inſiſterꝫ
nulloqꝫ tempore ceſſaret contra hunc quoqꝫ
dyabolus incredulorum animos ſuſcitauit ·⁊
famulum dei quāta potuit celeritate extinxit
Cuius corpus pridie kalendas ianuarij ex
anime factum·ab infidelibus quidem auib9 ⁊
beſtijs proiectum eſt ad deuorandum·ſed dei
prouidentia permanſit illeſum·a fidelib9 vero
occulte collectum ⁊ in ſuburbio ſenonis vbi
predeceſſor eius quieſcebat ſepultum· Nec
minus carne ſolutus qꝫ antea viuens in car
ne virtutibus claruit· Nam ɒemones ɒ ob
ſeſſis corporibus effugauit cecos illuminauit
ſurdis auditum reſtituit claudis greſſum·in
firmis ſanitatem · Demqꝫ bonum paſtorem
ſauinianum·vias martirij ꝑeuntem proſecu
ta eſt grata amicorum clientela ſanctus ſcꝫ
potenianus ⁊ ſanctus eodalo9 altimus et ſero
timus· Di nanqꝫ per iter magiſtu gradiētes
⁊ in fide xp̄i credentium cuneos propagantes
martirij gloriam aſſequi meruerunt ⁊ iuxta
monumentum eiuſdem humati ſunt·Dorum
cineres poſtmodum ab eiuſdem vrbis antiſti
te werulone in beati petri baſilicam contiguā
tranſlati ſunt·Anno ſcꝫ ab incarnatione do=
minī octīgēteſimo quadrageſimoſeptimo re
gnantibus·Lothario ⁊ Ludewico ⁊ Ka=
rolo auguſtis ſeptimo kalendas ſeptembus
Nocte autem precedenti venerabilis weru=
lo ad celebrandum vigiliarum ſolemnia illuc
cum frequentia cleri proceſſerat·Quib9 ſup
pletis cum archiepiſcopo ad vrbem regreſſo

celestes exequie id est voces angelice velut chou psallentes. ibidem per noctis spacia sub secute sunt. cuius modulationis armoniam non tantum monachos. sed et quosdam vulgi ibidem excubantes audisse perspicuum est.

De sancto Clemente metensi ex gestis eius. Capitulum xlij.

IDEM etiam sanctus clemens qui cognominat9 est flauius consul romanorum patruus clementis pape hic a beato petro euangelisandi gratia cū ceteris missus. apud galiam belgicam metis ciuitatem peruenit. ibi q̄ a quodam hospite susceptus est officiosissime. a quo interrogatus humlit̄ qui essent. et unde vel quare venissēt respondit. servi sumus ih̄u crusti/ex deo patre ante tempora/ ex virgine maria sub tempore nati/pro salute generis humani. Hec et alia peregrinorum sanctorum susceptor. audiens ac suspirans. bona inquit sunt valde que per oratis. sed si que dictis factis vera esse ostendetis/ fateor deum vestrum vos hac causa nostre salutis transmisisse. vobis etiam aptissimum tempus et locum prouidisse. Est enī hec patria ꝛ maxime urbs ista robore fortissima. bellis et armis semper assuета. rerū opulentia ditissima. sed heu/clade pessima sic detuta. vt pene iam medietas hominum/ꝛ omniū animalium humano usui deseruientium/ huiꝰ pestis immanitate mortua videantur. Est enī hic arenarium ab imperatore octauiano nobiliter constructum. et amphiteatrum decenter formatum. in quo draco indicibilis magnitudinis cum pestifera sua prole inhabitat. quorum flatus ipsum aerem circunquaq̄ corrumpens. etiam aues quascunq̄ supra volitantes contigerit perimit. Siqua ergo virtus dei vestri/ si qua vestre predicationis veritas est/ecce magnum et euidens ostium p̄dicandi. et paratissimus aditus in deum vestrum credendi/tantum vis pessime necis extinguatur. et morbidis sanitas pristina restituatur. Ad hec sancti confessores crusti leti effecti. in lacrimis pre gaudio resoluti sunt. Cucurrit hospes ad primores ciuitatis. et eos ad audienda ea que nunquam audierant inuitauit. Tunc omnes qui audierunt nobiles et ignobiles. ad videndum viros properare ceperunt. quorum plurimos iam dicti morbi vis sic inuaserat/ vt vix pedibus nitentes

Quorum doloribus compatiens sanctus clemens. primum hospitem suum/deinde cunctū populum baptisauit. et ipse sacri fontis desc̄ sus. non minus corporum q̄ animarum sanitatem reddidit. ita ut incolumes ad propria remearent. Sequenti die celebratis missarū solemnijs. et cunctis sacra cōmunione imbutis. sequente plebē multitudine amphiteatri cauernas adijt. Ipso q̄ cum socijs psallente/et populo qui doctus erat kyrieleyson lacrimose conclamante. inter psallentiū et orātium/inter q̄ strepitū pedum. ferales illa multitudo bestiarum crustata capita eugit. colla tumentia pretendit. sibilos emittit. et velut vim diuine virtutis sentiens/ superba quondam colla deponit. et sancti clementis adiuratione mansuescit. In nomine inquit ih̄u xp̄i crucifixi. precipio tibi draco funestissime. omnem feritatem depone. et cum omni tua sobole pessima/deserta hominibus et ignota adeas loca. nulli hominum nocens aut bestiarum. Respondentibus omnibus amen/ sanctus clemens stolam quam in collo gerebat deponit maximūq̄ alligauit illorum. ꝛ usq̄ ad flumē contiguum qō salia dicitur/ vinctum manib9 propijs adducens. dum stolam recepit/serpens nusquam cōparuit. ꝛ quo diuertit usq̄ hodie ignoratur. Prefatus exinde locus ab omni immundicia serpentum ita mundat9 est ut vix aliquando ibi paruissimus vermiculus reperiatur. omnio enim noxie pestes locum illum refugiunt. Cepit ab hinc beatus pontifex clericos instituere. et ipsos institutos ecclesiasticis gradibus promouere. ecclesias construere. et constructas omnipotentis dei et sancti petri magistri sui nomine consecrare. Obijt autem nono kl̄ decembris.

De sancto Frontone petragoricensi ex gestis eius. Capitulum xliij.

IDEM etiam sanctus fronto qui a puma etate deo deuotus/et a beato petro apostolo rome ordinatus atq̄ in urbem petragoricam in qua natus primus destinatus episcopus. septuaginta monachos ibidem ad seruiendum domino cōgregauit. dumq̄ cum eis habitans in opere dei creseceret. a squino ciuitatis illius presule persecutionem patiebatur. Nam quos episcop9 pro crusti nomine baptisabat. ille gladio decapitabat Tandem relicta ciuitate cū nobilib9

heremum decreuit petere nudus • vocatis q̄s fratribus ommib9 ait eis• Quid nobis cum mundo quem crucifiximus nobis ꝯ Magnum geremus anime detrimentum inter homines habitantes• Cumq̄ placuisset fratribus •ccc bisacutis ⁊ seminib9 olerū acceptis exeuntes de ciuitate xp̄o duce per desertum venerunt ad quendam locum super fluuium dordonie vbi draco magnus habitabat cum serpentiū multitudine• Quos videntes hi qui episcopū secuti fuerāt metu ducti ceperunt retroduce re • At ille in domino confidens /orationi se prostrauit•non baculum terrestrem sed vir tutem celestem inter eos ostendens ⁊ nusq̄ comparuerunt• Illic ergo tabernacula fixe= runt• Conuersantibus autem in eodem loco ceperunt fratres murmurare dicentes• Nū quid sola in heremo castitas est• que in vrbi bus non est • an in heremo sola deus exaudit orantes ꝯ Quem feratum delectat solacium ꝯ Cur itaq̄ non regressi in locum nostrū bene dicimus deum ꝯ Audiens vir sanctus murmu ra eorum estuabat ⁊ pro eis orabat• Nun quam tamen inter eos diuinorum canticorū vacauit officium /neq̄ in penuria lassi vigilijs defuerunt• Quadā ergo die post vigilias vo cauit ad se omnes ⁊ ait •filioli •si regnum dei querimus• quid de esis corporalibus cogita mus /nec oportet carnem fragilem pinguem vermibus exhibere• Onere ieiuniorum asel lus grauand9 est/ne gestire incipiat quando ordeo pascitur• Comedat ergo paleas ne re calcitret ⁊ creatorem suum ad iracundiā cō ditet• Quid nos cura carnis torquet mouitu re post modicum ꝯ Curam ergo nostru deo di mittamus ⁊ ei9 testamentum teneamus dicē tis• Non derelinquam te•

Qualiter eum dominus in deserto visitauit• Capitulum•xliij•

RNTE ergo eo pro illis in= desinenter dominus precē serui sui. non oblitus•sed prerangelum suum prefidem spiritum visitauit •eiq̄ dixit• Exu laris in diuitijs splendide• ⁊ serui mei pereūt in deserto fame•festina ergo diluculo ex do= mis que tibi dedi/ seruis meis escas mittere• Quod si distuleris furorem dei in te exitabis Hec vt audiuit ille cor ei9 consternatum est in se tota nocte• Mane aūt consurgēs mest9 amicos suos ⁊ domesticos vocauit visum expo suit ⁊ siquis viam nosset vbi famuli xp̄i in he remo habitarēt interrogauit•sed nullum qui se nosse diceret inuenit• Alia vero nocte a p̄ dicto angelo visitatus graui plagarum cede percussus mane iterum amicos adduxit /cau sam exposuit/plagas ostēdit/ ⁊ q̄d faciendū esset consilium requisiuit• Tandem vn9 eorū cunctis sapientior respondit• Multitudo tibi camelorum abundat • onera eos his esus q̄= bus heremite vtuntur• ⁊ diuge eos per viam onustos absq̄ homie ductore• Et si tibi a deo celi visitatio est •ipse ad cuneum puerorum suorum eos deducet• ⁊ depositis oneribus am malia tua reuocabit illesa• Quod et factū ē Fuerunt autem•lxx•cameli cum onerib9 di recti• factum est ergo dum hora •ix•fratres imnos omnes in vnum celebrarent •primus ante fores excubabat camelus Quem videns episcop9•letus deum laudauit ⁊ precepit di cens• Camelis nobis alimoniam ferentibus pedes lauate eisq̄ cibaria date• Quod ⁊ fece runt•en inquit omnipotēs deus nostu recor datus nobis almoniam per gratiam suam di rexit• nobisq̄ sedentibus angelus eius came los perduxit • Non hec omnia tollamus sed diuinium onerū eulogias domino reuocem9 Quod cum placuisset omnibus•xxxv•saccos in horreum reclusēdos abstulit Aliorū vero camelorum•xxxv•onera ī ommū saccos resu dit/ne aliqui portare viderentur aliqui leues abirent• Et benedicens eos dimisit absq̄ mo dio vie• Qui per viam qua venerant regressi sunt• Tunc spiritus exultatiōe fret9 q̄a came los omnes suscepit illesos exclamauit Magn9 es deus xp̄ianor• rogo te vt ostendas mihi viam qua ambulem vbi famuli tui habitant ⁊ mihi baptism gratiam prebeant• Tunc p fectus ad locum peruenit ⁊ a sancto episcopo baptismum petens obtinuit ⁊ vocauit nomē eius georgium• Et exinde qui prudem seruis dei pabula miserat•anniuersario tēpore one= ra hisdem camelis imposita diuigebat•

De sancto Memmio cathalanensi Ex gestis eius• Capitulum•xlv•

NCTOS quoq̄ memmius de nobili genere oppido rome or unous•cum a sancto petro apostō= lo in episcopum benedictus fuisset • ⁊ parti= bus galliarum verbum domini predicando vna cum fratribus sancto dyonisio parisius

futuro episcopo/et sancto euchario treuetis ciuitatis episcopo/et sancto sauiniano ciuitatis senonis futuro episcopo/et sancto fuscio episcopo ciuitatis suessionis/ et alijs sex episimul etiam donaciano dyacono/ et domiciano subdyacono/ qui quasi ex vtero vno fratres in custo esse noscuntur/domino imperante fuissent directi. Cunqꝫ a roma in demio octauo miliario ad mansionē diuertissent/cōtigit domicianum defunctum fuisse Cum autē beatus memmius de ipso subdyacono ad solacium ꝛ officium occurrenti transitum cognouisset. memorato sepulto subdyacono/ cōtinuo ad sanctum petrum reuersus lacumabiliter ita suggessit. Domine sanctissime magister cognoscat sanctitas tua/domicianum subdyaconum quem mecum ad officium implendum . et verbum dei gentibus predicandum iussisti dirigere / in itinere modo fuisse defunctum. Cum hoc beatissimus petrus audisset/ cui potestas ligandi et soluendi data esse dinoscitur. diuina inspiratione permotus/beato memmio episcopo fiducialiter ita respondit. Accipe fimbriam vestimenti mei/et reuertere ad locum sepulture sue/et ea super corpusculum eius imposita ita dices . Imperat tibi dominus ihūs custus et magister noster petrus/vt qualiter tibi ore suo ī presenti verbo demandauit. ita mecum ad verbum domī gentibus predicandum ambulare nō tardes et lumen domini quod est incorruptum et incognitum omnibus patescat . Accepta igit ordinatione beati petri apostoli/cum ad locū ipsum vbi defunctus fuerat peruenisset. et super corpusculum eius vestimentum sancti pōtificis imposuisset/auxiliante domino cōtinuo surrexit incolumis / qui mortuus videbatur iacere in puluere. Tunc ait ad eum sanctus memmius. surge frater domiciane. ꝛ noli tardare/eamꝫ ad locum quo a sancto magistro nostro fuimus destinati/ ad ciuitatem videlicet cathalanensem . que a gentibus ad integrum tenetur/recto itinere ꝓperemus. Multas etiam virtutes per seruos suos dominus eo tempore in itinere dignabatur ostendere. vbi recipiebant debiles gressum. ceci visum/ surdi auditum. vel in qualibet infirmitate qs quis positus fuisset / beati memmij pontificis auxilium si fide integra quis postulasset continuo ad pristinam sanitatem noscitur peruenisse. ⁊.

De miraculis eiusdem et bonis operibus .⁊.
Capitulum xlvi.

IN QUOD ad iam dictam ciuitatem cathalanis peruenissent/vbi directi fuerant. et ipsum propter gentilitatis errorem/vel iugum durum de cordis eorum/qō premere videbatur noluissent recipere/ diuina inspiratione permotus vir sanctus/cum consilio ministrorum i oppido ipīꝫ ciuitatis. spelunca inuerso loco qui vocabat burgaua/ fere miliario vno destimauit facere mansionem. vbi die noctuqꝫ vigilijs et orationibus vacabat. impleuitqꝫ ibidem circulum anni. Contigit autem vt puer nobilis in fluuiolo qui ē ad portam ciuitatis nomine nautam gurgite fati munus impleuisset. Quod cū parentibus nunciatum fuisset/et super corpusculum ipsius planctum validissimum exitarent. cognitis virtutibus quas sanctus memmus in spelunca residens ostendebat. deuote et lacumabiliter ad eum venerunt. postulantes vt filium eorum orationibus suis redderet incolumen. Quibus genibus in terra deuolutis domino fusis precibus supplicauit. ⁊. antequam manus imposuisset puer surrexit. Quem parentibus astantibus incolumē reddidit. eum qꝫ continuo baptisauit Dum igit parentes eius tantam virtutem per seruum dei factam vidissent/postulabant sacerdotem vt eum dignis honoribus ad ciuitatem cathalanensem/ubi ipm antea propter gentilitatis errorem recipere noluerunt/ad pontificalem cathedram residendo accederet. Et dum ipm cum sūma diligentia congregata multitudo populi/ad ipsam ciuitatem adduceret. ad portam ipsius loci obuios habuit leprosos tres/ et cecos similiter. in nomine tumtatis imposuit vexillum crucis. ⁊ ad pristinam sanitatē ipsos perduxit . Ingressus autem ciuitatem occurrit ei quidam homo demonium habens quem continuo ad sanitatem pristinam reuocauit. Postea omni tempore vite sue pauperes veste induit. et elemosinam dedit. Et dū ieiunijs vigilijsqꝫ assidue insisteret. omni populo ad ipsam cathalanicam ciuitatem aspicienti/baptismi gratiā donauit. et diuinis eos eruditionibus/ vt bonus pastor assidue gubernauit annis lxxx. Actor. Dec de beato petro apostolo / et eius discipulis quelegimus excerpsimꝫ. nunc ad discipulos pauli stilum conuertamus.

De sancto Tecla pauli discipula eius. Ex gestis Ca. xlviij.

IN NOTEM paulus apostolus de anthiochia yconium venisz ⁊ secum comites demam hermagoram ⁊ alexandrum erarium discipulos simulatos haberet/audiens onesiferus aduentum eius ei cum familia sua obuiauit. ⁊ ad signa que titus ei predixerat. videns eum inter ceteros statura breuē. naso aquilino vultu angelicum. ipm solum humiliter salutauit. Et cum indignati essent predicti comites cur ⁊ ipsos minime salutasset. respondit onesiferus q̄ in eis fructum iustitie non videret. Itaq̄ cum in eius hospitium introisset ⁊ semper decunctis virtutum fructibus predicaret/tecla virgo thamiro desponsata. sedens ad fenestrā semper paulum predicantem audiuit. ⁊ de sermone eius quem facie non noscebat. ita deuicta est. q̄ a fenestra per totum triduum non recessit. Tunc mater eius theoclia misit ad thamirum ⁊ lugens filiam sic seductam accusauit grauissime sanctum paulum. Cum ergo thamirus vxorem/theoclia filiam. ancille dominam/perdere se viderent ⁊ eam cum luctu magno vocantes nihil proficerent paul9 interim raptus est ad carcerem. ⁊ tecla secuta est eum Quā alij sequentē ⁊ quodam affectu ei copulatam videntes. seditionem exitāt. ⁊ paulum ⁊ teclam ad iudicem tractor vociferantes accusant. Unde paulus flagellat9 de urbe expellitur. tecla vero incendio iudicata sponte in ignem prosilijt sed protinus ita pluuit ⁊ terre motus tant9 fuit. vt ymber ignē extinguerz. ⁊ terre motu plurimi morerent. Tecla ergo sic euasit ⁊ ad locum vbi paulus cum onesifero in domo eius absconditus erat latenter deuenit. Cum enim paulus iam sex diebus ieiunasset. ⁊ tunicam suam pro emendis pannis puero tradidisset/vidit eam puer venientem. ⁊ perduxit eam ad paulum adhuc pro ipsa orantem. Cumq̄ se inuicem videntes gauderent tecla ad habitum viri se tōdere voluit. vt paulum libere sequeretur sed paulus non permisit. verens ne ipsa aliqua temptatiōe subita turbaretur Jubens ergo onesiferum cum domo sua redire yconiū cū tecla in anthiochiam profectus est. Tunc q̄dam nomine alexander anthiocensium p̄mus pulcritudine tecle allectus est. ⁊ cepit paulo pluruma pollicer si eam sue traderz voluptati

Quam cū paulus nesire se diceret ⁊ ille eam publice amplexatus fuisset. illa non ferēs iniuriam yconiorz nobilem se esse dixit. ⁊ ipm accipiens ipsius clamidem laniauit ⁊ coronā de capite quā portabat excussit. Tunc alexā der erubescens quasi sacrilegam iudici presentauit. ⁊ confitētem se io feisse ad bestias cōdemnauit. Tecla autem obtinēs a iudice ne vsq̄ quo contra bestias pugnaret. eius castitas violaretur. Tradita est autem cuidam diuiti femine cuius filia nuper defuncta fuerat vt ab ea inieum seruaretur.

Qualiter bestiarum seuiciam fide superauit. Capitulum. xlviij.

ONGREGATIS ferus tecla sup caueam leene maxime collocatur. seo leena pedes eius lingente popul9 hoc videns minium mirabatur. Tūc tufena rursus eam accepit ⁊ filia eius defuncta ei in somnis apparens. vt teclam peregrinam loco filie custodiret. quatenus ⁊ ipa p̄ se defuncta orarz admonuit. Cumq̄ tecla p filia eius orasset sequenti die alexander venit vt teclam expectanti p̄consuli ⁊ populo pugnaturam contra bestias presentarz. Sed tufena ita lugendo contra eum vociferata est. vt etiam alexander fugeret. Stratocles igitur exi ussu proconsulis eam perduxit. ⁊ tufena tenens manum eius cum illa prexit. vt sicut ad sepulcrum prosecuta fuerat filiā fassimillam ita ⁊ teclam sequeretur ad bestias pugnaturam. Tecla igitur amarissime flens ⁊ pro tufena supplicans. certum clamante populo ⁊ frementibus ferus de manu tufene rapitur ⁊ bestijs applicatur. Inter quas p̄dicta leena currens ad pedes eius recubuit/⁊ venientem vrsum obuiās ei cum impetu strāgulauit. Rursus quidam leo seuissimus alexandru dimittitur ⁊ obuiante sibi leena ambo diutius confligentes pauter mouunt. Tūc mulieres flere ceperunt eo q̄ leenam que teclam adiuuerat defunctam viderunt. Tecla autem videns fossam aqua ⁊ marinis beluis repletam. signans se ⁊ orans licet cunctis p̄hibentibus introiuit. ⁊ beluis super aquā natantibus/quedam clara nebula teclam texit ita q̄ nec ab hominibus nuda videri nec a ferus contingi potuit. Mulieres autem circum flentes. ⁊ ne a beluis voraretur timentes ad eas diuersa aromata iactauerunt. ⁊ statim

telue pre odous abundantia dormierunt.
Tunc iratus alexander p̄missu iudicis/duos
tauros fortissimos quos habebat protulit.et
laminas ignitas cumb9 eorum applicans/ad
eos tecla per manus et pedes ligauit. Sed
statim flamma funes combussit.⁊ fugientib9
tauus tecla soluta remansit. Cunq̄ tufena
hec videns/pre timore semi animis in extasim
prodidisset/alexander sibi timens/pro consu
lem prostratus rogauit/vt teclam solueret
ne forte cesar hoc audiens/pro tufena cog=
nata sua totam ciuitatem deleret. Tecla ita
q̄ sic soluta dimittitur.et tufena ad clamo=
rem populi susitata/teclam amplectens/re=
surrectionem mortuorum se credere confitet
Tunc ergo tecla tufenam cum multis alijs
catheczans/apud eam diebus octo fuisset.⁊
desiderans paulum videre/pro eo querendo
tonsuram et viulem habitum sumpsisset/ cū
quibusdam iuuenibus ad eum pertexit.qui ti
muit ne aliqua temptatio accidisset. Qđ illa
intelligens vt eum confortaret/ baptisatam
se esse dixit. et sic cum paulo eius hospitium
introiuit.de hinc ex licentia pauli ycoīum p̄
gens/⁊ defuncto thamiro matrem viuentem
inueniens/ei quidem diuī9 predicauit. Sed
cum cōuerti non posset/tecla in seleuciam abi
ens/ et multos predicando conuertens/tan=
dem in pace quieuit.

De quibusdam pauli discipulis alijs Actor. Capitulum xlix.

DERIVT etiā discipuli pauli
apostoli viri plures egregij et illu
stres in ecclesia dei.vt thimotheus
cuius vitam inferi9 inserere proposui/ceteri
quoq̄ quorum gesta ad plenum scripta non
reperi.sed ex martirologio breuiter sumpta
hic inserui. Nam quarto kl̄ ianuarij apud
arelatum celebratur natale sancti trophimi
cui9 meminit paulus scribens ad thimothēū
Qui ab eodem apostolo episcopus ordinat9
prefate vrbi primus ob custi euangelium p̄
dicandum directus est.ex cuius fonte vt pa
pa zosimus scribit/tota gallia ficei riuulos ac
cepit. Item pridie nonas ianuarij natale be
ati titi.qui ordinatus ab apostolo paulo cre
tensium episcop9/ ac predicationis officium
fidelissime complens. beatum finem acceptus
est/ibi q̄ sepultus apud ecclesiam vbi fuerat
dignus minister constitutus. Item quarto
decimo kl̄ marcij natale honesti.de q̄ sanctus
paul9 scribit philemoī Quē idē apostol9 epi
scopum ordinans/predicationis q̄ verbum
ei cōmittens/ apud ephesiorum ciuitatem re
liquit.Dic romam perductus/ atq̄ ibi pro
fide custi lapidatus est. et inde ad locum vbi
fuerat ordinatus/corpus eius delatum est.
Item decimoquarto kl̄ iunij rome sancte po
tenciane virginis. que post innumeros ago=
nes.post multorum martirum venerabiliter
exhibitas sepulturas/post omnes facultates
suas pauperibus pro xp̄o erogatas.tandem
ad celos migrauit. Ipso die beati prudentis
patus supradicte virginis. qui ab apostolis
custi in baptismo vestitus.innocentem tum=
ca vsq̄ ad coronam vite immaculatam cu
stodiuit et seruauit. Itē quinto kl̄ iulij apō
galaciam beati crescentis discipuli sancti pauli
apostoli.qui in galliam transitū faciens/ver=
bo predicationis multos ad fidem custi con=
uertit.deniq̄ vero ad gentem cuius specia=
liter episcopus fuerat datus/galathas vsq̄
ad beatum finem vite sue in opere domini cō
fortauit. Item decimoquarto kl̄ augusti na=
tale sancti epafre/ qui a beato paulo colosis
ordinatus episcopus/clarus virtutibus ibi=
dem martirij palmam pro quibus sibi com=
mendatis/viuli agone percepit. Item pridie
yo9 decembris apud narbonam natale sancti
pauli confessoris.quem beatus paulus apo=
stolus ordinatum eidem vrbi estimauit epi=
scopum. Quicq̄ cum eodem apostolo ad his=
panias predicandi gratia pergens/ibidem re
lictus est.vbi predicationis officio non segni
ter impleto clarus miraculis coronatus qui
euit. Actor. Dec de principibus eccle
sie petro et paulo qui sub nerone passi sunt
ac de eorum discipulis.quorū tempora quib9
vel mortem pro custi sibi illatam sustulerunt
vel i pace quieuerunt.nobis incerta sunt/ hic
inserere noluimus. Nunc ad persecutionem
neronis vnde digressi sumus reuertamus Sub
hoc passi sunt sancti gerualius et prothasius
filij sanctorum vitalis et valerie vxoris eius
de quorum passione primo dicemus.

Passio sanctorū vitalis ⁊ valerie vxoris eiꝰ Capitulum l.

NICIOS vitalis miles cum
paulino iudice rauennam ytalie ur
bem ingressus/cum videret quenda

medicum xp̃ianū post mīma tormēta iussum decollari in loco qui dicitur ad palmam · qa arbor palme antiqua ibi erat · ⁊ ille medicus expauisset · exclamauit ad eum dicens · Noli frater a tibi siue vrāsine medice qui alios curare consueuisti teipsum eterna morte occidere · ⁊ qui per passiones mīmas venīsti ad palmam / ne perdas coronam tibi a domino preparatam · Qō vrāsinus audiens genu flexit ⁊ pemitēs pauous sui · martirium libenter excepit Sanctus autem vitalis fecit cum hono rifice sepelir · ⁊ post hoc noluit venire vltra ad paulmum dominum suum · At ille iratus tum quia ad eum venire contempsit / tum qa ita xp̃ianus erat detectus · q etiam vrāsinum volētem sacrificare retraxit · iussit eum in eculeum leuari Tunc ait ad eum sanctus vitalis Stultissimus es qui putas me decipere · qui semper studui alios liberare · Et ait paulmus mīnistus · Ducite eum ad palmam · etsi sacrificare noluerit · facite foueam in terra · donec perueniatis ad aquam eumq supinum depōnite · ⁊ terra ac lapidibus obruentes dimittite Qō cum factum fuisset · sacerdos appollinis q hoc consilium dederat · statim arrept⁹ a demone · per septem dies insanīs in illo loco ⁊ clamans dicebat · Incendis me sancte vitalis ⁊ die septimo p̄cipitatus in flumine expirauit Valeria autem vxor sancti vitalis cum vellz corpus eius afferre custianis / ab ipso vitale in somnis prohibita est · Que cum rediz ad mediolanum · mirarut homines ydolis immolātes · Que cum hortaretur vt ydolis immolata comederet · Respondit custiana sum · nō licz mihi de vestus sacrificijs mādurare · Qō illi audientes · tantum eam verberauerūt · q eam sui homines vix vsq ad mediolanū semi necem perduxerunt · ⁊ sic intra tuduū ingrauit ad dominum ·

De filijs eorum Geruasio ⁊ prothasio et de sanctis Nazario ⁊ Celso Ex gestis eorum · Capitulum · li ·

OST mortem itaq parentū suorum · Geruasius ⁊ prothasius omnia sua pauperibus erogantes / ⁊ familiam suam ingenuam facientes · manebant cum sāto nazario / qui oratorium edificabat ⁊ ei celsus puer lapides porrigebat · Nazarius iste filius affricani iudei / natus perpetuis romane / nobilis custiane / symone magoiam deuicto a petro apostolo baptisatus cum esset annorum nouem valde infirmabatur q mater sua legem baptismi / et pater suus legem sabbati sequebatur · Nutu tamē dei adherēs matri sue · sequebatur studia discipline romane · Quem cum pater diligeret ⁊ ad vtum iudeorum trahere interetur / ne forte postea paganorum ritibus inhereret · intellexit eum velle sequi custum · Et perterritus nimis cepit ei obsistere p̄tendens ei ea que custianis ingerebantur genera tormentorum · Sed cū eum flectere non valeret permittente patre ad limum papam cucurrit / ⁊ continuo baptisatus se fecit · Cumq constanter demceps cultum predicaret timentes ei parentes / rogauerunt vt inde discederet / ne quandoq pro tali confessione supplicijs interiret · Quibus annuēs septem summarios plenos de diuitijs parentum assumpsit · ⁊ profectus per ciuitates ytalie eas pauperibus erogans decimo anno digressionis sue a roma ad vrbem placentiam deinde ad mediolanum deuenit · ibi predicans ⁊ custianos inquirens inuenit Gerualium et prothasium sub anolino prefecto custodie mancipatos quos nec dum vtpote generosos tormentis affecerat · quia se eos a suo ꝓposito p diutinā carceris macerationē reuocarz putabat Audito aūt q nazarius p̄dictos martres animaret ito ad prefectum pertrahitur · ⁊ in confessione custi perdurans · fustibus verberatur · Et sic ex vrbe proiect⁹ · dū de loco in locum pergeret apparente sibi matre que iam obierat ab ea monit⁹ est vt causa predicandi ad gallias properaret · Cūq venisset ad vrbem gallie que dicitur mellis · baptisatis ab eo pluuimis / matrona quedam celsum filium suum ei detulit · rogans vt baptisatum instrueret · ⁊ secum deducerz · Quod audiens denab⁹ preses galliarum eum cū celso puero vinctis retro manibus et catenis astrictis · in carcerem recluſit / vt eos in crastino tormentaret · Tunc vxor sua misit ad eum detestans iudeum dolo plenum / ne innocentes occideret · ⁊ eos impotentes vinculare presumeret · Quibus verbis correptus preses sanctos absoluit / sed ne ibi predicare presumerent imperauit ·

De constantia sanctorum Nazarij ⁊ celsi coram Nerone · ⁊ Ca · lij ·

GEXJEN Sinde venit ad vr
bem treuerus / ⁊ ibi primus xp̃m
predicans ⁊ multos conuertens ec
clesiã ibi fundauit ⁊ cõsecrauit· Bz corneli9
vicarius hoc non ferens ·missis literis mtima
uit neron̄· at ille misit centũ militem cũ alijs
militibus / vt quererent eum· sibi q̃ adduce=
rent puniendum· Quem in predicta ecclesia
inuenientes / ad neronem vinctum ducebant
et celsum puerum plorantẽ alapis cedentes
vt sequeretur vrgebant· Quos cum nero vi
disset iussit eos recludi / donec eos ex cogita=
tis supplicijs consumaret· et cum ad capien=
das feras venatores misisset / subito ferarum
multitudo viuarũ neronis irrupit· et mul
tos armigerorum eius occidens / alios lacera=
uit· m tantum vt nero turbatus defugeret·
et vulnerato pede vix ad palatiũ peruenīret
Cuius vulnus dolore decumbens / tandem
nazarij memmit· et putauit deos sibi iratos /
quia eum viuere tam diu permisit · Statuit
ergo nazarius ante eum / et videns nero facẽ
eius instar solis / putans fantastice se deludi
iussit vt deos adoraret· ne horrenda morte cõ
sumptus / omnibus alijs in exemplũ veniret·
Adduct9 igitur ad templum / impetrauit ab
omnibus vt exirent· et sic eo orante omnia
ydola confracta sunt· Querente autẽ nerone
quid nazarius i templo faceret / responsum ẽ
q̃ magicis artib9 ydola confregisset· Quis au
ditis reductus de templo in carcerem reclu=
ditur· et sequenti die in mari precipitari iu=
betur · imperante nautis nerone / vt si forte
euaderet consequentes eum igni comburerẽt
et cineres eius in mare proijcerent· Nazar9
ergo cum celso puero sublati in nauem· cum
essent in medio pelagi iactantur in aquam· ⁊
statim mari pacato circa eos / cum immensa
tempestas desperantes nautas oppumeret / et
quemlibet eorum perpetrati in sanctos flagicij
peniteret· ecce nazar9 hylari facie cum celso
puero super aquas apparuit· et cum abrenũ
cassent ydolis ad eos in nauem ascendit · et
sedato mari ad vrbem gennensem peruenit
cum eis· ℣·

De passione omnium quatuor predictorum·
Capitulum liij·

NAZARIOS Vero et celsus
postquam ibi predicauerunt· medio
lanum ad sanctum gerualium et p
thasium quos ibi reliquerant redierunt· Q̃
cum audisset / eum remanente celso
in domo cuiusdã matrone / in exilium direxit
et hoc ipm neroni per literas intimauit· Na=
zarius vero romam venit · et patrem suum
iam senem et xp̃ianum inueniens · quomodo
conuersus fuerit inquisiuit· At ille respondit
petrum apostolum sibi apparuisse· et vt seque
retur precedentes se ad cultum vxorem et
filium monuisse· Sic ergo nazarius cultum
ibi predicans / mnis et debilibus propulsa=
t9 / iterum animo presidi presentatur· edu
ctus q̃ extra vrbem occulte ꝓpter populum
cum celso puero decollatur· Quos cum culti
ani in hortis suis posuissent / ipsa nocte appar̃
tes cuidam nomine ceraco / dixerunt ei · vt
eos in domo propter neronem profundius
sepeliret· Quibus ille · queso domini sanate fi
liam meam paraliticam· Constans inquiunt
esto quia saluabitur· Surgens ergo et filiam
suam sanam inueniens / cum ipsa et vxore sua
pertexit· et sanctos sicut premonuerant sepe
liuit· ⁊ post longum tempus deus eos sancto
ambrosio reuelauit· Nam nazarium inueni=
ens quasi eadem hora sepultum· mire odore
fragrantem / integrum et incorruptum cum
capillis capitis et barba / ad vrbem in eccle=
siam apostolorum transtulit· et ibi honorifice
tumulauit· Deniente autem astasio comite /
occurrerunt ei templorum pontifices · gerua
sium et prothasium accusantes · Cum ergo
presence eius sisterentur / hortatus est eos ad
sacrificandum· Cum ergo gerualius contra
ria omio responderet / tam diu plumbatis ce
sus est / donec spiritũ exalaret· Quo mortuo
iussit ad esse prothasium· monens eũ ne simi
lem sortiretur interitum· At ille renuens fu
stibus cedit̃· et adhuc in eodem proposito
permanens decollatur · Quos quidam phs
cum filio suo sepeliuit· et deus eos beato am=
brosio circa annum domini ccc octuagesimo=
septimo reuelauit·

Passio sanctorum processi et martiniani ex
gestis eorum· Capitulum liiij·

EDES cum post mortem symo
nis magi / petrus et paulus in vno
carcere conclusi essent / et omnes ad
se venientes a varijs infirmitatibus liberarẽt
processus et martinianus milites custodie=
bant eos· et videntes miracula eor̃ dixerunt

eis·viu nostis ꝙ nero imperator vos tradi=
dit obliuiom Jam enim nouem menses sunt
ꝙ in custodia estis · Rogamus ergo vos vt
nos baptisetis ⁊ libeu abeatis· Tunc baptisa
ti sunt cum xlviij·qui erant in carcere ⁊ sic ex
ierunt moe petrus et paulus Petrus autem
veńt ad portam appiam · Et cum demolitā
haberet tibiam de compedib9·cecidit ei fasdo
la ante sepem·Procedens autem vidit domi
num ihesum/quem cognoscēs dixit ei·domine
quo vadis? Et dominus·romam redeo iter⁊
crucifigi/tu autem redi romā·⁊ redijt petr9
romam·Paulmus vero magister officij au=
diens processum ⁊ martimanū esse custianos
misit ⁊ tenuit eos et in carcerem recluśit·Se
quenti die cum ei assisterent/monuit eos mul
tis modis·vt sacuficijs consentirent Sed cū
monitis eius penitus obuiarent·iussit os eo⁊
lapidibus tundi/⁊ in eculeis suspensos neruis
attrahi·⁊ fustib9 cedi et eorum latera flam
mis vri·Et cum gaudentes psallerent/⁊ ille
iussisset eos scorpiombus castigari ipe vnum
oculum perdidit·⁊ reclusis in carcerem san=
ctis/ipse post tuduum arreptus a demone ex
pirauit· Tunc filius eius pompimius intima
uit cesaro prefecto ⁊ ille nerom·Nero aūt
iussit eos velociter decollari···

Passio Thymothei ⁊ appollinaris Ex ges=
tis eorum· Capitulum·lv·

IOB NERONE quoq; thy
motheus lampadio presidi presen=
tatus cum sacuficare nollet ⁊ gra
uiter torqueretur calx viua ⁊ acetum plagis
eius infigitur · At ille gratias agebat quasi
nil patiens vngeretur·Onus autem de astā
tib9 nomine appollinaris vidit duos angelos
stantes ad latera eius et dicētes ei·Confor
tare thimothee·quia missi sumus ad te vt vi
deas que aguntur in celis·euge caput tuum
⁊ vide·Et aspiciens vidit celos apertos·⁊ ihe
sum stantem ad dextram patris/coronam te
nentem ex gemmis ⁊ dicentem sibi·Thymo
thee hec corona tibi preparata est·⁊ accipies
eam die tercia de manibus meis·Et post hoc
angeli confortantes eum abierunt in celum·
Appollinaris vero hoc videns ⁊ audiens p=
cidit ad pedes eius rogans vt pro se oraret·
eo ꝙ hoc vidisz et audisset· Tunc preses cō
fusus ·cum in os appollinaris plumbum bulli
ens infudisset· factum est fugidum tanꝙ gla
dies·Quo miraculo cum multi crederent·mis
si sunt thymotheus et appollinaris in carcerē
vt excogitatis supplicijs deperirent· At illos
plurim sunt secuti ⁊ in eadem nocte a mauro
presbitero baptisati·Appollinaris tunc bap
tisatus vidit celos apertos et angelum dei di
centem sibi cunctis audientibus · Beatus es
appollinaris ⁊ qui tecū baptisanē· quia cras
in celum susapientur· Altera igitur die om
nes qui credierant presidi statuuntur ⁊ no
lentes sacuficare pariter decollātur·Sequē
ti die thymotheus ⁊ appollinaris cōtradicē
tes presidi capite puniuntur·Statim autem
iaculus igneus e celo cadens dextrum hume
rum presidis intoiuit· ⁊ protinus a demo=
nio captus·mala morte vitam finuit·

De quibusdam alijs sub Nerone passis·
Actor· Capitulum·lvi·

IOHANN etiam alij sub nerone
passi sunt quorum gesta ad plenū
nō reperi·sed ex martirologio ab
breuiata accepi·Nam secundo yous marcij
celebratur rome natalis sanctorum martirū ·
xlvij·qui baptisati sunt a beato petro aposto
lo·cum teneretur in custodia mamurtinī cū
coapostolo suo paulo·vbi nouem menses de
tēti sunt·Qui omnes sub deuotissima fidei cō
fessione gladio neroniano consumpti sunt·
Itē·xvi·kalendas iunij·in tuscia sancti tor=
petis martius·Hic primo in officio neronis
magnus fuit·sed postea pro fide custi iuben=
te eodem cesare alapis ceditur · verberibus
diutissime affligitur·ac bestijs deuorandus tra
ditur ꝙ minime leditur·Tandem vero decol
latione martirium suum tercio kalēdas maij
compleuit·Item apud miceuam natalis san
ctorum martirum felicis ⁊ constantie qui sub
nerone passi sunt · Sanctus quoq; marcus
euangelista passus est ⁊ mortu9 neronis an
no octauo vt dicit ihero*mus in libro de illu
stribus viris·

De gestis sancti Marci euangeliste·
Capitulum·lvij·

JC primus in tota egypti regio
ne et in libya predicauit euangeliū
Cū aūt venisz alexandriā·mox ut
vrbem ingressus ē calciamentū ei9 disruptū ē
Quod ipe intelligens ait·vere iter meum ex

peditum est. Quendam vero conspiciens qui
fuere vetera solitus erat calciamenta/tradi=
dit corrugendum. Qui cum faceret/ finistram
manum vulnerauit/ et exclamauit vnus de9
Audiens marcus q̄ ille dixerat vnus deus.
ait intra se gaudens / scilicet prosperum fecit
deus iter meum/et expuens in terram vnxit
manum vizi dicens/in nomine ihu xp̄i filij dei
⁊ confestim sanata est manus eius. Qui con
fidens tantam viu potentiam/ et verbi ei9
efficaciam/ac vite cōtinentiam/rogauit eum
et coegit vt declinaret in domum eius. et co=
mederet panem. Ingressus autem marcus
benedixit domui eius. et orauit/et euangeli=
zauit illi hiesum. Credidit ergo ille ⁊ domus
eius. et magna multitudo loci illius. marco
docente/et signa et prodigia faciente Audiē
tes autem viu ciuitatis / q̄ galileus quidam
illuc venisset. qui deorum sacrificia destrueret
et eorum ceremonias prohiberet. querebāt
eum interficere/ponentes ei insidias. Qui ag
noscens eorum consilia/ordinauit sibi episco
pum prefatum hospitem suum nomine mar=
anum. et presbiteros et clericos. Perrexitq̄
pentapolim. et ibi cōmoratus duobus annis
confortatis fratribus et ordinatis episcopis
et clericis/per regiones illas alexandriam re
diit. Vbi fratres reperit cōfortatos in gra
tia. ⁊ ecclesiam ab eis in loco qui vocatur bu
culi id est bubuli iuxta mare sub rupib9 edi
ficatā Cognoscentes autem prophetam san
ctum aduenisse / repleti sunt liuore propter
miracula que eum facere compererant. fre=
mebant q̄ dentibus in spectaculis vvolorum
suorum.⁊.

De Passione eiusdem. Ca lviij.

ACTVM est autem vt paschalis
nostra festiuitas occurreret viij kl
maij. quo tempore serapiaca eorū
agebat celebritas. Hac igitur oportunitate
adunati insidiatores protinus duguntur.
qui reperiunt eum orationis oblationem di=
uine maiestati sacratissime celebrantem. mise
runtq̄ funem in collo eius/ et trahentes di=
cebant. Trahamus bubalum ad locum bu=
culi. qui cum traheretur custo gratias age=
bat. q̄ pro eius nomine hoc pati dignus ha=
bitus erat. Erantq̄ carnes eius defluentes
in terram/et saxa infidebantur sanguine ei9.
Cunq̄ vespere factum esset/miserunt eum in
carcerem. vsq̄ dum pertractarent quali eum
eum morte disperderent. Circa mediam ve=
ro noctem clausis hostijs/et custodibus ante
fores dormientibus / terremotus factus est
magn9. et angelus domini tetigit eum dicēs
Famule dei marce propagator sanctissimo=
rum per egiptum decretorū/ecce nomen tuū
in libro viteceles̄tis ascriptum est. socius q̄
factus es̄t supnarum virtutum. que in celis
spiritum tuum susc̄ipient. Tunc beatus mar
cus gratias egit domino ihu custo. Qui et
ipse venit ad eū in ipso habitu et forma. qua
fuerat cum discipulis suis anteq̄ pateretur.
et ait pax tibi marce. deinde abiit. Mane aūt
facto eijciens eum de custodia miserunt itez̄
funem in collo eius/et trahebant eum dicen=
tes. trahamus bubalum ad locum buculi.
Qui cum traheretur gratias agens deo ait.
In manus tuas domine commendo spiritum
meum. hec dicens tradidit spiritum. Imma
nis autem multitudo gentilium ignem succen
dentes/ voluerunt reliquias sanctas combu=
rere. tunc prouidentia dei valida tempestas
exorta est. et procella venti vehemens facta
est. Sol quoq̄ subtraxit radios suos. et toni
trua grauia fuerūt. ymbresq̄ plurimi a ma
ne vsq̄ ad vesperam. ita vt habitacula mul=
torum corruerent. plurimi q̄ morerentur.
Quod videntes custodes metuentes dimise=
runt sanctum corpus et fugerunt. Viri autē
religiosi collegerunt illud et detulerunt. vbi
orationes soliti erant domino celebrare/de=
diuit autem beatus marcus primus domini
nostri hiesu christi martir apud alexandriam
egipti.⁊.

De Causis et signis euersionis iherusalem. Hugo Floriacensis Libro tercio.⁊. Capitulum lix.

ERAT Idem tempus festo procu=
ratori iudee successit albinus/et al=
bino florus. Qui presente veroni=
ca regis agrippe sorore/ que ad templum re
ligionis causa venerat Honorabiles viros
iherosolimis die solemni flagris verberauit.
et patibulis affixit. vt iudeorum pertinaciam
hac contumelia penitus annihilaret. Quod
non ferentes iudei contra romanos rebellare
ceperunt. Ad quos romanos mittitur a ce=
sare vespasianus magister milicie romanorū
tytum filium suū maiorē habens mē legatos

Nam cesar nero in remilitari nihil auxebat· celitijs luxu lasciuiaq; resolutus· Eusebi us in hiſtoria eccleſiaſtica libro secundo· Josephus quoq; scribens quante clades iu deorum gentem persuaerunt /per omnem syri am in sedicioſos iudeorum atrociſſimā refert exercitatam fuiſſe seuiciam·ita vt etiam illi q̄ per vrbes ſingulas admixti gentibus comma nebant in hoſtium numero computarēt̄ & videre repletas esse inhumatis corporib9 ciuitates iacentes mortuos simul cum paruul ſenes· feminarumq; absque vlla sexus reuer entia nudata in publico reiecta q; cadauera atq; vniuersam prouinciam inumeris malis refertam ·Sed tamen tam viro hoc & atro ci ſpectaculo·multo grauius eos futurorum & per dies augescentium malorum metus & formido terrebat· Josephus de bello iu daico libro septimo· Certa quoq; pro digia futuram iudeorum ſolitudinem pronū ciantia preceſſerunt · Nam ſupra ciuitatem syrus ſtetit gladio ſimile ·& per annum perſe uerauit cometes · Et octauo die apulis ad feſtum azimorum populo conuenīente hora nona noctis /circa aram et circa templum tā tum lumen effulſit vt clauſſimus dies puta retur & hoc vſq; ad dimidiam permāſit horā Eodem quoq; feſto die cum ad hoſtiam du ceretur bos agnum in medio phano peperit· Sed et orientalis porta templi cum eſſz enea atq; grauiſſima & poſt meridiem vix a vig ti hominib9 clauderetur seruſq; ferro iūctis ob ſeraretur·peſſulosq; altos haberet in ſaxeum limē dimiſſos /uno perpetuo lapide fabricatū viſa ē hora noctis ſexta ſponte patescere Dis autem per cuſtodes templi magiſtratui nun ciatis·aſcēdit ille vixq; illam potuit claudere Sed hoc monſtra imperitis boni auguriū esse videbantur·prudentioribus vero mali futuri Preter hec/ante ſolis occaſum viſi ſunt per aerem feri curſus totis regionib9/et armate acies tranantes nubila/& ciuitatibus circūfuſe· Die autem feſto penthecoſtes nocte ſa cerdotes intimum templum more ſuo ad di uinas res ingreſſi celebrandas· primum qui dem motum quēdam ac ſtrepitum ſenſerunt poſtea vero ſubitam vocem audierunt · que diceret migremus hinc·:

De ihesu filio anani· Capitulum·lx·

Iesus autem his horribilius fuit
q iheſus quidam filius anani plebei9 & ruſticus·quadrienmio antequam bellum gereret̄ in ſumma pace ciuitatis atq; opulentia/cum ad diem feſtum veniſſz excla mare cepit·vox ab oriente/vox ab occidente vox a quatuor ventis / vox in iheroſolimā & templum·vox in omnem hunc populum·Et hoc interdiu noctuq; per omnes vicos ciuita tis clamitans·dircuibat· Nonnulli aūt viro rum infignium aduerſus omen indigne ferē tes/hominem corripuerunt/multisq; verbe bus affecerunt· Ille tamen eadem que pri9 vociferans perſeuerabat·Ductuſq; ad prefe ctum romanum· atq; ibi plagis vſq; ad oſſa laceratus nec ſupplex fuit nec lacrumauit·ſed vt poterat inclinās maxime flebiliter vocem ad ſingulos ictus reſpondebat·ve ve iheroſoli mis·Prefecto autem interroganti quis eſſet vel vnde eſſz aut cur iſta diceret nihil retulit Nec ceſſauit a luctu miſere ciuitatis donec eū prefectus furere iudicatum dimiſit· Ille aūt vſq; ad belli tempus vociferans nec imprecatus eſt cuiquam·cum in dies ſingulos multa retur/nec verberāti conuiciabatur nec victū offerentibus benedicebat / ſed ſola reſponſio ad omnes erat truſte preſagiū ·Maxime aūt diebus feſtis vociferabatur idq; p annos·vij et·v·menſes continuos facēs neq; voce rau cior fuit in qua laborauerat donec obſidiōis tempore ipa re perſpectis augurijs requieuit Supra murum enim circuiens iterum ve ve ciuitati & populo & fano voce magna clama bat·Cum autem ad extremum addidiſſz ve etiam mihi·lapis tormento miſſus eum ſtati percuſſit animamq; adhuc illa omnia lugentē dimiſit·:·

De vltima diſperſione apoſtolorum ceteroꝝ rumq; diſcipulorum Euſebius in hiſtoria ec cleſiaſtica libro tercio· Ca·lxi·

GITUR·xl· annis poſt admiſſum piacu lum iudeorum impiorum dilata eſt vlcio in quibus apoſtoli omnes/precipue tamen iaco bus frater domini iheroſolimitan9 epiſcop9 conſtitutus /imo ſinenter populum commiſſe impietatis admonebat ſi forte poſſent peni te re pro ſcelere & virtutes flammas lacuma ri vbertate reſtinguere · Cumq; iuxta debitis clacibus vrgerentur ·ſancti apoſtoli domini ceteriq; diſcipuli ad predicandū verbū dei p

singulas q̃sq; orbis terre p uincias diuunt Thomas sicut nobis tradit/sortitus est parthos·matheus ethiopiam·bartholomeus indiam citeriorem·andreas scithiam·iohannes asiam·Unde apud ephesum et cõmoratꝰ est et defunctus·petrus pontum et galatiam/bithiniam/capadociam/ceteras q; confines p uincias · iudeis duntaxat predicans discuisse deprehenditur/et ad vltimum in vrbe roma cõmoratus·vbi et crucifixus est deorsum capite demerso· Quod ipsum ita fieri deprecatus ẽ/ne equari domino videretur·De paulo autem quid dicam? quia ab ierusalem vsq; ad illiricum repleuit euangelium cristi · et ad vltimum sub nerone roma martirium duxit Hec itaq; per ordinem i tercio libro explanationũ geneſis diligenes exposuit·ecclesia quoq; que ierosolimis fuerat congregata · responso a deo accepto emigrare iubet· et trãsire ad oppidum quoddã bellam nomine trãsiordanẽ·quo ablatis ex vrbe sanctis et iustis viris· vindicte celesti fieret locus/tam de vrbe sacrilega· q; de populo impio· per exercitũ patrie euersionem q; sumende· Actor·

De gestis petri et pauli apostolorum/et beati marci iã supra diximus Nunc de ceteris sermonem ordiamur·

De Aduentu sancti Thome in andronopolim Ex gestis eius· Capitulum lxij·

IOMAS igitur qui et didimꝰ cum esset apud cesaream/apparuit ei dominus ihesus dicens ei Rex indorum gundoforus misit prepositum suum ad syriam/querere hominem arte architectonia eruditum · vade cum eo/quia ego tecum sum· et cum mros mihi acquisieris/cum corona martirij veries ad me . Cui thomas· deus meus es tu/et ego seruus tuus· fiat voluntas tua·hoc eo dicente prepositus ille nomine abbanes alꝰ albanes descendens de nauiambulabat iuxta mare in foro rerum venalium · dominꝰ autem accessit ad eum & ait Quid comparare vis o iuuenis? qui respondit·dominus deus misit me huc vt cõducam artifices/qui romano opere sibi palacium cõstruant· Cui dominus habeo inquit mihi seruum fidelem et ydoneum · quem ad ciuitates diuersas iam misi· et quicquid laborat mihi· laborum suorum mercedem apportat·hunc ergo tecum mittam·vt expletis omnibus eum

faciias ad me cum honore remeare · Qõ ille audiens gauisus est valde·et conuocans dominus thomam tradidit eum in manu abbanis·& abscessit· Et cum nauigarent ait abbanes ad thomam · quid scire potes de artibus his? qui respondit·colloco fundamenta que nunquam veterascunt · exttuo parietes qui nunquam ruunt · facio exedras et fenestras et eugo fabricas · omniaq; que instructura necessaria esse possunt ego facio · et quantos volueris mihi dare discipulos ego docebo · Cui respondit abbanes · magnus est vir iste qui tales habet seruos·et melior quouis rege· Cui thomas·filius vnicus regis est·qui tenet imperium patris eius i montibus superis · vbi hostis intrare nunquam potest·vbi nullus demtus muenitur infirmus·nullus aliquo indigẽs· Cum hec & his similia loquerẽt plenis ventis et prospeus/septimo die venerũt andronopolim ciuitatem/ cuiꝰ rex filiam suã nuptui tradebat·Precones quoq; clamabãt per ciuitatem· vt omnes interessent nuptiali et regali conuiuio/ diues/pauper/nobilis et ignobilis/ciuis et peregrinus/et quicunq; nõ venirent regem offenderent·

Qualiter eũ cantatrix in cõuiuio manifestauit Capitulum lxiij·

ONTIGit ergo et abbanẽ alꝰ albanem cum thoma intrroisse conuiuium· Interea cantatrix cum tybia circuibat·& circa singulos vnicuiq; laudẽ canebat Ut vbi venit ad thomam diutius immorata est·stupens hominem non manducantem/neq; bibentẽ · sed oculos ad celum fixos habentem· intellexit q; hunc hebreum esse/et deum celi orare·Erat enim & ipsa hebrea·& cepit hebraice canere/vnus est deus hebreorꝫ qui creauit omnia·ipse fecit celum et terram & fundauit maria·audiens hec apostolus plꝰ orabat·et attentius puellam hebream verba veritatis canentem/eadem repetere admonebat · Tunc pincerna increpans apostolum q; neq; manducaret neq; biberet/palmam dedit in faciem eius · Cui dixit apostolus·melius est vt tibi quã in futuro seculo detur indulgentia / vbi nullus finis plage occurrit · Ista autem tibi redderetur pena vt tuipse intereas·manus vero que me percussit· a canibus rosa huc apportetur· hoc autẽ hebraico sermone dixit·nullꝰ q; excepta puella hebrea

intellexit. Pincerna igitur egressus est. vt aquam deferret a fonte. Quem leo muasit & bibens sanguinem eius abijt. Canes vero comederunt membra eius e quibus miger canis vnus dextram manum eius in ore suo ferens in medio conuiuij apportabat. Quod videntes conuiue stupuerūt. ipsa autem cantatrix iactauit tibias suas/et curzens cepit osculari pedes apostoli & dicere omnibus. Dic homo aut propheta aut apostolus dei est. Nam q̄ hora pincerna dedit palmam in faciem eius dixit hebraice hoc quod euemit.

De filia regis & eius sponso quos ad fidem et castitatem conuertit. Ca. lxiiij.

IOM q̄ de strepitu hominum rex inquireret. & quid euemisset audiret fecit ad se vocare apostolū rogauit q̄ eum vt benediceret filiam suam vna cum sponso suo. Qui ingressus regis thalamum posuit manum super capita amborum et ait. Deus abrahā ysaac & iacob benedic adolescentes istos. & semina semē vite eterne in mētib9 eorum. Post hoc cum sponsus deduceret apostolum. ramus palme plenus dactilis in manu ipsi9 apparuit. & gaudens intro occurrit ad spōsam. dedit q̄ ei & gustauit de fructu eius. Cum q̄ gustasset ambo subito soporati somnium viderunt huiusmodi q̄ quasi rex gēmatus in medio eorum stans amplecteretur vtrosq̄ dicēs Apostol9 meus benedixit vos vt eterne vite participes efficiamini. Euigilātes autem cum sibi hec narrarent que viderāt apparuit eis thomas dicens. Rex meus vobis in visione locut9 est. & me huc clausis ianuis introduxit/vt benedictio mea super vos fructificet. Habetis enim integritatem que ē omnium regina virtutum et fructus salutis perpetue. Virginitas est soror angelorū vidoua libidinum/et omnium bonorum possessio. Cum q̄ hec & alia que ab apostolo docebantur gratanter accepissēt baptismatis vnda sanctificans eos nauigauit. Q9 hoc misit vnū ex discipulis eius ut in eadē ciuitate consistēs ordinaret ecclesiam in qua multus populus deo acquisit9 est. & est ibi sedes thome apostoli & fides catholica vsq̄ hodie. Ipse aūt puer dyomisius nomine factus episcopus sponsam suam nomine pelagiam sacro velamine consecrauit. Que post obitum eius duplex martirium ī se tenuit vnum quia virum habere cō

tempsit. alterum quia sacrificare ydolis noluit & his duabus de causis sentēciam decollationis accepit.

De palacio spirituali q̄ regi indie cōstruxit. Capitulum. lxv.

IOM NOTEM venissz apostolus hyrofolym yndie ciuitatem. ingressi9 abbanes ad regem nunciauit ei. Rex autem vt vidit eum ait illi Dic mihi quo ordine potes hoc palacium construere. Thomas autem apprehensa arundine metiri cepit & dicere. Primo proaulium/secūdo salutatorium. tercio consistorium/quarto triclinium & cetera. Rex autem considerans ait. Vere artifex es/et decet te ministrare regibus. Relinquens autem illi pecunias infinitas abijt. Apostolus autem cepit circuire per vicinas ciuitates & predicare verbum dei baptisare credentes abundanter largiri dona paupribus / sic q̄ per biennium quo rex gundoforus absens fuit innumerabilem populum deo acquisiuit/ clericos ordinauit/ecclesias fabricauit Cum autem venisset rex & q̄d factum erat deprehendissz iussit apostolū simul cum abbane ferro vinctos. in yma carcere trudi. & quia frater ipsius regis in extremitate vite languebat interfectionē eorz distulit. Cumq̄ cogitaret eos viuos excoriare. & sic eos flammis tradere mortui frater eius gad. et factus est luctus intolerabilis. Cumq̄ byssо et purpura gēmisq̄ regalibus ornassent corpus/iussit ex purpureis lapidibus memoriam extrui. ipsum quoq̄ in labro purpureo pōni. Et dū moras sepulture ei9 traderent ipe quarto die hora prima surrexit omnibusq̄ admiratione in pauorem & silentium conuersis ait regi. Audi frat. iste homo quem disponebas excoriare et incendere amicus dei est. & omnes angeli dei famulantur ei. Nam anima mea ab angelis in celum ducta est et ostēsum est mihi ab eis palaciū q̄d ille tibi fabricauit eo ordine quo tibi instructurū se disposuit. Ego autem considerās eius pulcritudinem dixi. vtinam mererer in eo ostiarius fieri. Respondentes angeli dixerunt frater tuus indignum se illo facit. si uis in eo manere rogamus dominum ihesum xp̄m & iubz te resuscitari. Vade ergo et vendat tibi frat tu9 illud vt recipiat pecunia quā se estimat perdidisse. hec dicēs cepit ire festinant ad carcerē

Ingressusq; misit se ad pedes apostoli plo
rans/et postulans veniam fratu suo. et abie
ctis statim vinculis eduxit eum de carcere.
Cui egredienti occurrit rex. qui et ipse ad
volutus pedibus eiꝰ veniã postulabat. Dixit
ei apostolus. multum vobis prestitit dominꝰ
meus iesus custus. vt ostenderet vobis secre
ta sua. ecce et prouincie vestre et ciuitates ec
clesijs plene sunt. parati igitur estote vt san
ctificemini. et loti aqua fontis eterni/regni
perpetui participes efficiamini. Dixit ei gad.
Paladium qõ fratu meo fabricasti conspexi
et petentibus angelis dei vt illud emerem me
rui. Cui thomas. hoc in potestate fratris tui
est. Cui rex ait. Quod mihi fabricatum est
credo qõ meam erit. tibi vero fabricet alte
rum apostolus. Qꝫ si non potuerit aliud fabri
care/istud vnũ ãbobꝰ sufficiet. Nit apostolꝰ
hoc vos scire volo q; innumerabilia pallacia
in celo sunt instructa. que predo fidei compa
rãtur. Cumq; exisset fama apostoli per mꝰ
venit ad eum multitudo cum varijs egritudi
nibus laborantibus. quos omnes in vnum cõ
gregans apostolus precipiens. ipse in medio
eorum stans/et manus suas ad celos expan
dens orauit pro eis. Et cum illi qui iam vo
cati erant respondissent amen / venit corruscus
super eos/ ita vt omnes se putarent ictu ful
guris interisse. Jacuerunt autem prostrati
simul cum apostolo per mediam fere horam.
Exurgens autem se apostolus clamauit dicẽs
omnibus Surgite quia dominus meus iesus
custus sicut fulgur venit. et ipse vos saluta
uit. Qui omnes exurgentes sani glorificabãt
deum. Ascendens autem apostolus supra pe
tram/vt a cunctis videri posset/facto silentio
docuit eos viam salutis/et baptisati sunt sep
tem milia virorum exceptis mulieribus et
paruulis.:.

De Nouentu eius in Jndiam superiorem
In qua pro custo Passus est.:.
Capitulum lxvi.

ROGECTUS est autem apo
stolus ad superiorem indiam per re
uelationẽ. et ad opinionẽ eius om
nes populi festinabant. vidẽtes quoq; signa
et prodigia que faciebat/predicationem eiꝰ
contemnere non poterant. Caucus autem
regis migdei cognatus. iratus cõtra apostolum
propter vxorem suam migdoniam/que
dudum illius adherebat. impetrauit a rege
ipso vt tentus apostolus mitteretur in car
cerem. et tandem eodem caudo regem insti
gante contra eum. rex iussit lances ferreas
igniu. et precepit excaldari apostolum/vt
pedibus nudis supra stans hoc dolore defice
ret. statim q; prorupit aqua. et extincte sunt
lances. et ait apostolus. hoc non propter me
sed propter te fecit deus/ vt vel sic credas.
Dixit ei caucus. iube eum in fornacem ter
marũ mitti. Qõ cum fieri iussisset rex. terme
ultra calere non potuerunt. Onde apostolus
altera die egressus est incolumis. Tunc cau
cius dixit regi. fac ipsum deo solis sacrificare
et iram incurrat dei sui. qui liberat eum ab his
que inferuntur ei. Erat autem statua solis
facta ex auro habens quadrugam equorum
auream/et currum habens effusum quasi cur
su rapido agebatur ad celos. Introduxerũt
ergo apostolum in templum ducentes choros
utu suo / et virgines cantantes cum liris et
tibijs et tympanis et thuribulis. Et cum in
troisset ait ad simulacrum. Adiuro te demõ
qui ĩ isto simulacro lates in nomine domini
nostri iesu custi/quem iudei crucifixerunt. vt
exeas et stes ante me. Egressus demon ste
tit ante eum / ita vt solus apostolus videret
eum. et dixit ei. Ego corde colo dominum ie
sum custum. mox autem vt posuero genua
mea in terra. et dixero tibi vt cõfungas ydo
lum. non solum istud simulacrum comminue
sed et templum ipsum euerte. dixit ei demon
Rogo te apostole dei ne me religes in abissũ
permitte me et omẽs istos interficio. Cui apo
stolus. Jmpero tibi in nomine domini nostri
iesu custi ut nulli hominum noceas. nisi hoc so
lum simulacrum mox vt genua mea flexero
cõminuas. Loquebatur autẽ apostolus he
braice cum demonio/nullus q; sciebat cui vel
quid loqueretur. Dixit ei rex/modo faciam
arteuas tuas tundi si non adorauerus et sacri
ficaueris deo solis Nit apostolus ecce adoro
sed non ydolum. adoro autem dominum meũ
iesum custum. in cuius nomine impero tibi de
mon qui in eo lates. vt neminem ledens/me
tallum simulacri cõminuas. Statimq; quasi
cera iuxta ignem posita liquefactum est ydo
lum et resolutum. Tunc omnes sacerdotes
mugitum leuauerunt. pontifex autem templi
eleuans gladium transuerberauit apostolum
dicens. Ego vindicabo iniurias dei mei Rex
autem fugit cum caudo. et facta est grandis

sedicio· maior q̄ pars populi clamabat pro apostolo/ ita vt pontificem qui eum percussit quererent vt viuus incenderetur· Corpus autē apostoli cum honore ⁊ laudibus transla tum ē ad ecclesiam ·vbi et signa magna ac p digia facta sunt Post hoc supplicātes syu ab alexandro imperatore romano/vemente vi ctore de persice rege xerse devicto impetraue runt hoc vt mitterent ad regulos ynocrum· ut revocarent defunctum quibus· Sicq̄ transf latum est de yndia corpus apostoli /et positū in ciuitate edyssa in locello argenteo in qua ciuitate nullꝰ hereticus potest viuere nullꝰ iu deus/nullꝰ ydolorum cultor·sed nec barbari muadere aliquando eam potuerunt·Ex quo abagarus rex eiusdem ciuitatis meruit epistō lam manu saluatoris scriptam acapere Dāc enim legit infans baptisatus stans supra por tam ciuitatis si quādo gens aliqua venerit cō tra eam et ea die aut pacantur barbari aut fugiunt tam scriptis saluatoris q̄ orationi= bus apostoli·

De gestis sancti Andree in mirmidonia Ex gestis eius· Capitulum·lxvij·

a ANDREAS vero apostolus pꝰ disperssionem apostolorū p achayā prouinciam verbum domini predi= care exorsus est Matheus autem euangelista cum et ipse in mirmidonensi vrbe verbum sa lutis annunciaret · incole ciuitatis moigne fe rentes/ac sua templa destruere nolētes·ipm comprehensum erutis oculis circundatumq̄ cathenis/in carcerem detruserunt·vt interpo sitis diebus pauis interficeretur·Venit aūt angelus domi ad andream dicens· Surge ⁊ vade in mirmidoniam ciuitatē / et erue fra trem tuū matheum de squalore carceris quo tenetur·Qui nauigio illuc pergens/vt vidit matheum ī squalore carceris cum alijs vinctis residentem amarissime fleuit· ⁊ oratione simꝰ facta·ait andreas·Domine iesu xp̄e quem fi deliter predicamus et ob cuius nomen tāta perseumꝰ aperu queso oculos serui tui vt eat ad annunciandum verbum tuum· Et statim locꝰ ille contremuit·⁊ lux magna in carcere refulsit · oculi quoq̄ beati mathei restaurati sunt·et cunctorum cathene relaxate sunt· et neruus in quo pedes eoꝝ coartati erant sās= sus·et omnes deum magnificauerūt·Eductiq̄ per beatum andream decarcere abierunt quisq̄ ad propria · Puer aūt q̄am sostratus nomine xp̄ianus venit ad apostolum secretiꝰ dicens · Ora pro me dominum ne innocens occidar· quia mater mea iugiter insectat me vt ei commiscear·Quod quia ego execrans refugio/illa felle commota abijt ad procōsu lem·vt crimen suum in me promat · Et sic quia accusatus non respondebo/quia sanctius duco vitam amittere q̄ crimen matris de= tegere· Illo loquente venerunt ministri pro consulis accersientes eum Beatus autem an dreas facta oratione abijt cum puero quem instanter accusabat mater dicens· Dic dñe proconsul oblitus materne pietatis affectus stupro me impudenter compellauit·vixq̄ ne ab eo violarer me eripere potui Interrogatꝰ autem puer a proconsule si hec vera essent ta cuit· Iterum atq̄ iterum interrogatꝰ ab eo non respondit· Tunc proconsul habuit con silium cum suis quid ageret·Apostolus autē mulierem arguere cepit qō in filium agere stuprum volens ipsum sibi vincum libidine inflammante perdere non timuit · At illa ad pconsulem ait·Postq̄ filius meus hoc age= re voluit huic homini adhesit et ab eo nec ad huc discedit·Tunc pconsul iratus iussit pue rum in culleum idest saccum patricide includi ⁊ in flumen proijci·Andream vero in carce rem retrudi donec excogitarz quo supplicio eum perderet·Orante autem apostolo·terre motus factus est cum tonitruo graui·⁊ pro consul de sede cecidit ⁊ omnes terre decubue= runt·mat vero ⁊ percussa aruit puer mortua ē Tunc proconsul pedibꝰ apostoli prostratꝰ ait·Miserere pereuntibus famule dei/ne nos terra deglutiat·Orāte itez apostolo cessauit terremotus·fulgura quoq̄ et tonitrua quie uerunt· Ipse autē circuiens eos qui iacebāt conturbati·reddidit sanos· Proconsul autē verbum dei susapiēs/cum omni domo sua cre didit et baptisatus est·

De his que gessit apud Nycheam et Nico mediam· Capitulum·lxviij·

p POST hoc ad nicheam vrbem pro fectus est·vbi erant septem demo= nes inter monumenta sec9 viam cō morantes·Qui homines meridie pretereun= tes lapidabant/⁊ multos iam nece affecerāt Demēte aūt apostolo exijt ei tota ciuitas ob uiam cū ramis palmaz ⁊ laudibus dicentes

Salus nostra in manu tua ē homo dei. quib9 exponentibus rem ait apostolus. Si credideritis in filium dei. eius auxilio ab hac infestatione dæmonū liberabimini. Qui respondērūt quecunq; predicaueris credemus. et iussioni tue obediem9. Ille gratias agens deo/iussit dæmones in aspectu omnis populi assistere. et cum venissent in similitudine canum. impauit eis dicens. Ite ad loca auida et instructuosa nulli homini nocentes. nec accessum habentes. ubi nomē custi fuerit inuocatum. donec accipiatis debitū vobis eterni ignis supplicii. Tunc dæmones dato rugitu euanuerunt ex oculis eorum. baptisauit autem eos apls/ et instituit eis epūm nomie celestiū. Post hoc appropinquans porte incomedie. vidit mortuum ferru in gabato/ et condolens lacrimis ,psequētium funus ait. Dicite queso q̄d huic puero contigit. vt ab hac luce migraret. at illis pre dolore nihil respondentib9/a famulis hoc audiuit responsum. dū esset inquiunt iste iuuenis in cubiculo solus. aduenerunt subito septem canes et irruerunt in eū. ab his ergo miserume discerptus cecidit et mortuus est. Tunc apostol9 suspirans et oculos in celum erigens cū lacrimis ait. Dño domine quia dæmonū infidie sunt quos expulisti a nichea vrbe. et ait ad patrem pueri. Quid dabis mihi si restituero tibi filium tuum? Qui respondit ipm dabo tibi. quia nihil eo amplius habeo p̄dilosum. Tunc apostolus facta oratione suscitauit eum. et secū ad macedoniā duxit. ⁊ verbis fidei instruxit.

De aduentu eius thessalonicā et certamie in stadio. Capitulum lxix.

IRTG quidam iuuenis in thessalonica nobilis et diues. qui nescientibus pentibus suis venit ad apostolum. rogans eum vt ei ostenderet viā salutis qui cum predicasset ei ihm et ille credidisset pentes requirentes eū audierūt/ q̄ philipis cum apso morarēt. et venientes cum muneribus rogabant vt ab eo separēt. sed nolebat dicens. vtinā nec vos opes haberetis/vt mōi cognoscentes auctorē/animas vestras a vera tura ira eruueretis. Apostol9 quoq; de tuste ga descendit et p̄dicabat eis. sed illis non audientibus rediit ad puerū. et clausit ostium domus. At illi conuocata cohorte/ adhibentes faces carecti et scyrpi et faculatū. cepe-

runt incendere domum. Cunq; flamma iam fecisset in altum. adolescens arrepta ampulla aque ait Domine ihu xpe in cui9 manu natura omniū elementorū consistit. extingue hos ignes ne tui tepescant. sed magis accendant ad fidem. Hoc dicens sparsit aquam desuper de ampulla. et statim incendiū omne ita subito extinctū est/ ac si non fuisset. Quod videntes parentes pueri dicebant. filius noster magus effectus est. ⁊ admouentes scalas voluerūt ascendere in tustega ut eos gladio mē ficerent. Domin9 autem excecauit eos ne viderent ascensum scalarū. Deniq; plures compuncti corde dixernnt. verus ē deus quē isti colunt. ⁊ quē psequi temptam9 Hec illis dicentibus cū iam tenebre noctis aduenissent. subito lumen effulsit et oim oculi illumiati sūt. Ascendentes autē vbi erat apls inuenerunt eum orantē/et ,pstrati petierunt orationū ei9 suffragium. atq; ab eo erecti et correcti/in fide corroborati sunt. tantum pentes pueri nō credidērunt. qui regressi in patriam suā/post dies quadraginta simul expirauerūt vnius hore momento. Puero autē ,pter bonitatē eius et mansuetudinē/omne patrimoniū suū concessum ē a publico/eo q̄ ab omnib9 conciuibus suis diligerēt. Nam pentes eius execrantes eum publicis dicionib9 illud subdicerant. manens ergo cum apso omnia possidebat/sed fructum p̄dioꝝ in paupum necessitatibus expendebat/eratq; nomen ei9 exous. Rogauit autē apstum vt irent in thessalonicā vbi cum venissent congregati sunt omnes ad eum gaudentes se videre puerū. Tunc cōgregatis omnib9 in theatrum/p̄dicabat eis puer verbum dei ita vt fileret apls/ et admiraret prudentiam ei9. Diunus autē ,pconsul dicebat auream arte magica illudere populum. et introductis feris in stadium/iussit illuc trahi apostolū. quē apprehensum trahebant per capillos impellentes fustibus. ,pectoq; eo in arenam dimiserunt aprū ferocem et terribilē qui ter circuiens sanctum dei/nihil ei nocuit. Proconsul vero iussit dimitti aprum/ qui a triginta militibus adductus/et a duobus venatoribus impulsus/ Andream non tetigit. sed venatores in frusta discerpsit. ⁊ dans mugitum cecidit et expirauit. et statim acclamauit popul9/verus deus xps Dumq; hec agerent/ visus est angelus dñi de celo descēdisse qui apostolū in stadio confortabat. deniq; ,pconsul feruēs ira iussit/leopardū ferocissimū

dimitti·qui dimissus apostolū reliquit/ꝛ ascē
dens ad sedem proconsulis arripuit eius filiū
ꝛ suffocauit Sed tanta mfamia proconsulem
obtmuerat/vt mihil super hoc doleret aut di
ceret· Apostolus vero in oratione prostra
tus·filium ei9 suscitauit Hec uidentes populi
glorificauerunt deum/ꝛ volentes virimum in
terficere non sunt permissi ab apostolo·

De serpente quem occidit ꝛ ·xl·mortuis ꝗs
fusitauit· Capitulum·lxx·

q IODEM mulier cū audisset ab
apostolo verbum dei rogauit eū vt
accederet ad agrum ei9 in quo ser
pens mire magnitudinis erat ·i·scilicet cubi=
torum longitudinis/qui totam regionem de
uastabat· Proppinquante igitur apostolo si=
bilos magnos emittens erecto capite venit ei
obuiam· Quem videntes omnes qui aderant
metu nimio pallebant/terre ꝙ decubabant·
Tunc apostolus ad eum abdc inquit caput
funestum quod erexisti inprimdpio ad necē
humani generis·ꝛ subdere famul'di/ et mor
ere· Statimꝙ serpens grauem rugitum emit
tens circumdedit magnam quercum que pri
ma erat·et obligans se circa illam euomensꝙ
virus cum sanguine expirauit· Aliquādo cū
sederet in litore maris· sederunt et qui cū eo
erant super arenam audientes verbū dei·Et
ecce cadauer eiectū est a mari ante pedes apo
stoli·qui exultans in domino ait Oportz hūc
suscitau vt sciamus que in eum operatus est
aduersarius·Et fusa oratione tenēs mortui
manū erexit eum· statimꝙ reuixit ꝛ loq̄bat
Cui dixit apostol9·dic nobis qd tibi cōtigit
Qui respondit / ego sum sostrati macedonis
fili9 qui nuper ab ytalia aduenī· Sed cum ve
nissem ad ppria audiui surrexisse doctrinā no
uam et maudicam/signa quoꝙ magna ꝛ pdi
gia fieri a quodam doctore qui se viū dei af
firmat esse discipulum · Ego autem cum hec
audiuissem ppetaui vt eū videre possem· Cū
ꝙ nauigassemus fluctib9 oppressi sumus Oti
nam et alij resuscitati essent a te sicut et ego ·
Tunc apostolus repletus spiritu sancto pre
dicabat ei verbum dei· Expansisꝙ mambus
ait·Ostende queso domine et reliquoꝝ cada
uera mortuorum/vt et ipi cognoscant te deū
verum ꝛ solum·Hec eo dicente statim appa
ruerunt·xxxix· corpora vnda famulante de=
uecta·Tunc flente iuuene omnes simul flere
ceperunt·prostratiꝙ rogabant apostolum ut
ꝛ isti suscitarentur·Orauit autem apostolus
vt congregarētur simul corpora sparsim enī
erāt proiecta·Congregatis autem omnib9
apostolus fundens orationem per singulos ius
sit fratribus vt vnusquisꝙ tenens mortuum
diceret· Resuscitet te dominus iesus custus
filius dei viui · qđ cum factum fuisset omnes
suscitati sunt·xxxix Et glorificabant deum q̄
derant dicentes·Non est similis tibi dñe·

De his que gessit apud patras et macedom̄
am· Capitulum·lxxi·

c IOM MOTEM venisset in pa=
tras ciuitatem in qua erat ꝓconsul
egeas · mulier quedam eius pedes
ampledens ait·Sancte andrea rogat te dña
mea maximila que febribus magnis tenetur
ut accedas ad eam quia uult audire doctrinā
tuam/et proconsul vir eius stat ante lectum
flens/gladiumꝙ in manu tenens vt cum illa
spiritum exalauerit ipse quoꝙ se mucrone
perfodiat·Veniens igitur apostolus ad cubi
culum ꝛ videns stantem proconsulem euagi=
nato gladio ait· Nihil tibi nunc mali feceris
sed reconde gladium tuum/ et facta oratiōe
apprehendit manum maximille ·Que statim
sudore perfusa est/et dimsit eam febris·Pro
cōsul autem apostolo centum argenteos ob=
tulit quos ille nec respicere voluit·sed p9mo
dum idem proconsul indignatiōe magna suc
cēsus est contra apostolum ꝓpter maxmillā
que doctrine eius adherebat·Cūꝙ a patras
abissz in macedoniam omni die maximilla ad
pretorium venies vocabat apostolum·ꝛ au=
diebat salutis verbum· Proconsule autē re
deunte/cum omnes in pretorio audiētes ver
bum domini residerent turbati sunt valde ti=
mentes ne inferret eis vim aliquam · Tunc
apostol9 rogauit dominum ne pateretur eū
illuc ingredi·donec omnes egressi essent·Ex
templo volūtas affuit ꝓconsuli ventus pur
gandi·Cumꝙ secessum peteret ꝛ moras in=
necteret apostolus singulis manus imponens
et eos signans abire permisit·Nouissime aūt
se signans ipse discessit·

De agone eius cum egea proconsule·
Capitulum·lxxij·

c IOM q̄ autem egeas cristianos ad
sacrificia ydolorum compelleret oc-
curut ei sanctus andreas et dixit.
Oportebat vt tu qui iudex hominum esse me
ruisti iudicem tuum qui est in celo cognosce
res.et eum verum deum colendo ab his qui
non sunt veri dij animum reuocares. Cui
dixit egas. tu es andreas qui destruis tem-
pla deorum/ et suades hominibus ad sectam
quā nuper romanī principes exterminari iusse-
runt. Ille respondit/romanī principes non
dum cognouerunt hoc. quod pro salute ho-
minum veniens dei filius docuerit ista ydola
deos non esse. sed demonia pessima et huma
no generi inimica. que tandiu homines delu-
dant.quo vsq̄ de corpore rei & nudi exeant.
nihil secū preter peccata portantes.Cui ege
as. ista superstitiosa et vana dum predicaret
iesus vester/ iudei illum patibulo crucis affix
erunt. Andreas respondit.o si velis scire mi
sterium crucis. quā rōnabili caritate auctor
humanī generis pro nostra reparatione nō in
uitus suscepit. Post hec verba et altercatio
nes multas/egeas iussit eum in carcerem tru
di.Vbi cum esset clausus venit ad eum pene
multitudo totius principe. ita vt egeam vellēt
occidere/ et andream fractis ianuis carcere
liberare. Quos sanctus andreas his verbis
admonuit. nolite quietem domini iesu xp̄i in
seditionem diabolicam excitare. Nam tradi
tus dominus omnem p̄buit patientiā.habete
ergo silentium/et pacem. nec solum martirū
meū nolite impedire/ verū etiam vosipos q̄si
athletas domini ad vincendum prepate In
crastino autem dum lux diei prorumpet.mi
sit egeas et adduxit andream. Et sedens p
tribunali dixit. existimaui te nocturna cogi-
tatione animū tuum a stultitia reuocare. vt
posses nobiscum gaudia vite non amittere.
Qui respondit.audi fili mortis & stipula eter
nis prepata incendijs.nunc vsq̄ tecum mitis
egi censura ficei.vt racionis capax ydola va
na cōtemneres.& deum qui in celis est adora
res Sed quia īpudētia tua pertransas.quic
quid videtur in supplicijs excogita.tanto enī
ero regi meo acceptior/quanto pro eius no
mine p̄manebo inter tormenta cōfessor.Tūc
egeas iussit eū flagellis cedi extensum. Qui
cū septē t̄miones transissent.eleuatus ē & ad
ductus ante eum.cui dixit egeas.audi me an
drea/ et ab effusione tui sanguinis consilium
reuoca.Qui respondit.ego de interitu tuo ti
meo. non de mea passione conturbor.passio
mea modicū tpis occupat spacium.tuus aūt
cruciatus non finiet in eternum.

De crucifixione eiꝰ et morte turpi p̄cōsulis
Capitulum lxxiij.

t IONC indignatus egeas iussit eū
crucifigi/ mandans hec questiona-
rijs/ vt ligatis pedibus manibusq̄
in eculeo tenderet.ne clauis affixus cito defi-
ceret/sed longo cruciatu potius cruciaretur.
Cunq̄ ducerent eum carnifices/factꝰ est cō
cursus populorū clamantium/iustus homo/et
amicus dei quid fecit vt ducatur ad crucem.
Et andreas rogabat eos vt non impedirent
eius passionem. Ibat igitur exultans & a do
cturna non cessans. Cunq̄ puenisset ad lo-
cum vbi crux pata erat. videns eam alonge
clamauit. Salue crux que in corpore xp̄i de-
dicata es.et ex membris illiꝰ tanquā ex mar
garitis ornata.securus et gaudens venio ad
te.quia amator tuus semper fui.et desiderauī
amplecti te. O bona crux diu desiderata/ et
aliquando iam diu concupiscenti animo pre-
parata/accipe me ab hominibus /et redde me
magistro meo.vt per te me recipiat qui p te
me redemit.Tunc expoliauit se/et vestimen-
ta sua tradidit carnificibus.qui leuauerūt eū
in crucem. et extendentes funibus totū cor-
pus eius vt iussum fuerat suspenderūt. Stā-
tes igitur turbe ad viginti milia hominū cla-
mabant. iniusto iudicio sanctum virum pati
Sanctus vero apostolus cōfortabat mentes
credentium in xp̄um. Interea vadit omnis
populus ad domum egee. omnesq̄ pariter
clamabant.virum sanctum pium racionabilē
nō debere hoc pati/sed de cruce deponi.quia iā
secunda die in cruce positus.veritatem predi
care non cessat.Tunc egeas expauescens po
pulum/ p̄mittens se eum deponere cepit ire.
Quē videns apostolus dixit.quid tu ad nos
venisti egea.si vis in xp̄um credere aperitur
tibi ianua indulgentie Si autē venisti ad hoc
tantum vt me soluas/ego penitus de hac cru
ce viuens in corpore deponi non potero Jam
enim regem meum video et adoro.iam in eiꝰ
conspectu assisto/vbi sunt angelorū concor-
die.vbi lux sine nocte.vbi dolor nunquā na-
scitur. Sed de tuis egea miserijs multum do
leo.quia patus te expectat eternus interitus
Mittentes autem carnifices manus ad crucē

non poterant eum penitus contingere·et sub
inde alij ꝛ alij se ingerentes vt soluerent eũ/
non poterant ad eũ attingere·quia stupebãt
brachia eorum quicunqꝫ se extendebãt adsol
uendum eum· Tandem cum apostolus cum i
genti clamore fudisset orationem ad dominũ
iesum·vicentibus cunctis splendor nimius si=
cut fulgur de celo veniens emicuit/et ita de=
cundedit eum vt penitus oculi humani non
possent eum aspicere·Et post fere dimidiam
horam abscedente lumine emisit spiritum·simꝫ
cum ipso lumine pergens ad dominum· Qõ
vt audiuit maximilla matrona ad crucem ac
cessit et suorum solacio cum omni reuerentia
corpus deposuit·ꝛ in loco quo se sepeliẽdum
constituerat sepeliuit·Egeas autem cum ad
cesarem accusationem contra maximillam et
populum destmare disponeret a dyabolo ar=
reptus est et in medio ciuitatis foro volu=
tatus expirauit·hec gesta sunt apud patras
ciuitatem achaie · De sepulcro autem sancti
andree manna in modum faune·et oleum cũ
odore suauissimo manat a quo que sit anni
futuri fertilitas ·incolis regionis ostenditur
Si exiguum profluit exiguum terra exhibet
fructum/si copiose copiosum·:

De predicatione sancti Mathei et lucta cõtra
magos Eusebius in historia ecclesiastica li=
bro tercio· Capitulum·lxxiiij·

ANTIOCHOS primo hebreis p=
m dicauerat·verum cum paratꝫ trãs
ire ad gẽtes patria lingua scriptu
ram composuit/et ea que predicauerat com
prehendens dereliquit his ad memoriam a q̃
bus profisciscebatur vt gentibus predicarꝫ
Ex gestis eius· Erant autem duo
magi zaroes et arfaxat apud ethiopes in ci
uitate que dicitur waldab·ludificantes pplm
ꝛ regem eiꝰ nomine egippum· Dicentes enĩ
se esse deos faciebant gressus hominum subito
figi·et immobiles stare quãdiu volebãt ·Oi
sus hominum ꝛ auditus ab officio suo refre=
nabant· Impabant serpentibus ut pcuterẽt
et ipsi incantando sanabãt ·ideoqꝫ curare pu
tabantur quia a lesione cessabant Cuzã ergo
deus hominum gerens ·matheum apostolum
contra hos misit·Qui ingressus urbem cepit
detegere prestigia eorum·Quos illi figebant
hic in nomine xpi soluebat /quos illi cecabãt
hic illuminabat·Serpentes quos illi ad per=cu
tiendum homines excitabant· hic in somnum
conuertebat/ et percussiões eoꝝ facto signo
omnĩ curabat· Dũc cum vidisset ethiops
eunuchꝰ candacis nomine q̃ baptisatꝰ fuerat
a philippo dyacono prodidit ad pedes eius
gratias agens deo de ipsiꝰ aduentu/suscepit
qꝫ eum in domum suam· Et vementes animi
eius audiebãt verbum veritatis ab apostolo
Predicante autem illo venit qui diceret ma
gos illos cum singulis draconibus aduenire·
Erant aũt dracones galeati ·flatus qꝫ eoꝝ
flammifero ardore emanabat · Sulphureas
spargebant auras nubibus· quarum ardor ho=
mines interficiebat· Tunc consignans se apo
stolus cepit exire securꝰ · Mox aũt vt vene
runt ambo dracones ante pedes apostoli ob=
dormierunt·Et ait apostolus magis/vbi est
ars vestra · Si potestis exitate eos/ego aũt
nisi rogassem dominum iesum xp̃m·omnẽ fu=
rorem quem in me exacuistis·in uos retorq̃
rent · Conabantur illi arte magica exitare
eos/nec poterant ommino · Tunc apostolus
ad dracones cõuersus ait· In nomine ꝛ vir
tute iesu custi ·adiuro te spiritus cui omnes
dracones deus in potestatem dedit·ut exites
eos/et cum omni mansuetudine faciis redire
ad locum suum·ita vt nullũ leuant· Ad hãc
vocem eleuantes caput serpentes ire ceperũt
ꝛ apertis portis urbem egressi nusquam com
paruerunt·Tunc apostolus allocutꝰ est om
nem populũ de felicitate paradisi de lapsu ge
neris humani/ꝛ de eius reapratione p iesum
custum·:·

De filio regis quem suscitauit Matheus apo
stolus· Capitulum·lxxv·

TUDOM loqueretur tumultus
e luctuosus subito exortꝰ est ·in quo
regis filius mortuus plangebat̃ ad
cuius funus stabant magi·Qui cum eum sus
citare non possent·suadebant regi hunc a dijs
raptum in collegio / vt sit unus ex dijs · cui
oportet et simulacrum fabricare ꝛ templum
Tunc ingressus candacis eunuchus ad regi
nam dixit · Istos magos iubete custodire et
rogate vt veniat apostolus dei matheus· Et
si ipse vobis eũ suscitauerit istos iubete viuos
incendi · quia omnia mala per eos in ciuita=
tem nostram veniunt· Accersitus ergo apo
stolus ꝛ ingressus extendit manus ad celũ ꝛ
orauit · Apprehendens qꝫ manum defu nc̃i ·

In nomine ieſu chriſti eum ſuſcitauit. Ad quod factum expauit cor regis. et ſtatim iuſſit ei deferri coronas/ et purpuram. miſitq; precones per diuerſas ethiopie ꝓuincias ire dicentes. Omite ad ciuitatem/et videte deum in hominis effigie latitantem. Cunq; veniſſet omnis multitudo cum cereis et thimiamate. cum diuerſo ſacrificiorum ritu. apoſtolus ſic omnes allocutꝰ eſt. Ego non ſum deus/ſed dei omnipotentis ſeruus. qui miſit me ad vos vt relicto errore ſimulacroꝝ/ conuertamini ad deum verꝝ. in cuius nomine hunc filium regis ſuſcitaui. Ite igitur et templum domino fabricate. ibiq; congregamini ad audiendum verbū dei. Quo audito. intra triginta dies fabricantes ſanctam eccleſiam cōſummauerūt et vocauit matheus nomē eccleſie reſurrectio quia per reſurrectionē occaſio edificationis eiꝰ extiterat. Seditq; in ea annis viginti tribꝰ multasq; eccleſias per ciuitates fabricauit. et multos preſbiteros et epiſcopos conſtituit. Baptiſatus autē rex egeſippus alꝰ egyppus cum regina et familia. tandem ſenectute expleta pertexit ad dominū. et accepit hirtacꝰ eius imperium.

De furore regis Hyrtaci contra apoſtolum propter Ephigeniam. .i.
Capitulum lxxvi.

q HJ Cum vellet vxorem accipere ephigeniam filiam defuncti regis. q̄ virgo iam xp̄o dicata erat. et de manu apoſtoli ſacrum velamē acceperat. et iam virginum amplius q̄ ducentarum prepoſita erat. ſperabat q̄ p̄ apoſtolum poſſet eius animum cōmouere. cepitq; cum eo agere dicēs dimidium regnū meum accipe. tantū vt ephigeniam poſſis coniugio meo copulare. Cui apoſtolus ait. iuxta bonum ꝓpoſitum predeceſſoris tui regis. qui omni die ſabbati conueniebat vbi verbum domini p̄dicabam/illuc iube congregare vniuerſas virgines. que cū ea ſunt ſimul cū ipa. et audies m populo quāta bona loquar de bono coniugio. Quo audito hirtacus gratulatus eſt. et congregatioē facta/rex clamoſis laudibus perſtrepebat cū ſuis comitibus. exiſtimans apoſtolum ita diturum/vt animum ephigenie ad eius coniugium mclinaret Facto autē ſilentio dixit apoſtolus. matrimonia boni operis honeſtate ornantur. ſi ſancte et iuſte copulentur. verum ſi ſponſam regis ſeruus eiuſdem accipiat. tam grande crimen incurriſſe dinoſcitur. vt meruerit viuens flammarū incendijs tradari. quia domini ſui ſponſam vſurpare ſtuduit Ita etiā tu fili cauſſime hirtace rex. ſciens ephigeniā ſponſam regis celeſtis effectam/quomodo turpetur eam tollere. et tuo coniugio copulare. Ad hunc ſermonem hyrtacus qui prius apoſtoli laudator p̄ ſingulas dictiones extitat. iratus abſceſſit. Sed apoſtolus cōſtans et intrepidus. hortatus eſt populum fidelium vt iram terreni regis non timeret. que ſiue igne ſiue ferro coherceat. intra momenta tēporum definit. ſed iram ſolius dei que peccantib9 eterne gehenne flāmas accendit. Tunc benedixit chorum virginum vt nō timeret hirtacum. Cunq; miſterua domini celebrata et miſſas ſuſcepiſſet omnis eccleſia/retinuit apoſtolus ſe. vt iuxta altare vbi corpus xp̄i ab eo confectum fuerat. illic martirium aſpicum expectaret. Itaq; expanſis manibus crantē ſpiculatoꝝ ab hirtaco miſſus. a tergo punctū ictu gladij ferentis apoſtolum dei xp̄i martirē fecit. Quo audito omnis populus ad palacium pergebat cum igne. Sed furenti populo occurrerūt omēs p̄ſbiteri diaconi et viri religioſi dicentes. Nolite fratres agere cōtra p̄ceptum domini. ſed celebremus omnes cum gaudio martirū apoſtoli. et quid deꝰ ordinauerit expectemus.

De certamine Ephigenie cū rege et mortepi regis. Capitulum lxxvij.

e PHIGENIA autem quicquid in auro et argento et gēmis habere potuit/contulit ſacerdotibꝰ et clero dicens. Poſtquā dignam apoſtolo xp̄i baſilicam fabricaueritis. quicquid ſuperfuerit pauperibꝰ erogabitis. me autem oportet habere certamen cum hirtaco. Poſt hoc iuxta verbum eius hirtacus omniū nobilium vxores ad eam venire fecit. ſperans q̄ aliqua ratione poſſet ad eius penire conſenſum. vt eius coniunx fieret. Quod cum penitus non poſſet. conuocauit magos vt illam demonum miniſterio raperent. Qō cum nulla ratione facere poſſent circundari fecit omne pretoriū in quo illa cum virginibus xp̄i manens/ deo ſuo die ac nocte famulabatur. Sed cum per circuitum arder et ignis/apparuit ei angelus domini cum matheo apl̄o dicens. Ephigenia

esto firma et noli hos ignes expauescere. ad illū enim a quo tibi sunt positi reuertent. Ex itauit igitur dominus ventum validissimum mundauit qꝫ a domo virginis omne illud in centoium . et ita consumpsit domum hyrtaci vt inde nihil ex facultatibus potuerit liberare sed ipse cum vnico filio suo vix euasit/ melius tamen ei fuerat in incendio interisse. Nam filium eius vehementissimus demon impleuit . qui illū cursu rapidissimo ad apostoli mathei sepulcrum adducens a tergo manibus ab ipso diabolo colligatis confiteri paterna cuncta compulit. Ipsum autem hirtacum elefantie vulnera a capite vsqꝫ ad vltima pedū replerunt. sed cum eum medici curare nō possēt ipse se in gladio ponens incubuit . vt quod a tergo apostolo dominī patefecit/ ipse recte sibi ipsum stomacho perforaret. Omnis autē populus morti eius exultans fratrē ephigenie nomine deos . q̄ de manu apostoli mathei gratiam dominī fuerat consecutus/ in regnum cōstituit.

De apostolis Symone et Juda et waradach duce Affricanus. Ca. lxxviij.

IMON chananeus et iudas zelotes apostoli iesu cristi. cum per reuelationem spiritus sancti regionē persidis fuissent ingressi. inuenerunt ibi duos magos zaroen et arfaxat / qui a facie sancti mathei apostoli fugerant de ethiopia quorū doctrina erat praua . Occurrit autē apostol' prefatus waradach . dux regis babiloniorū hic contra istos qui fines persidis inuaserāt bella susceperat in cuius comitatu erāt auoli ⁊ magi qui per singulas mansiones demonijs sacrificantes dabāt fallacie sue responsa. Illa autem die condemnantes se et sanguinem suum effundentes nullum penitus dedere responsum Pertexerunt autem ad vicinas ciuitates. et illic consulentibus eis demonia/ dedit mugitū demon ⁊ ait. Dij qui vobiscum comitabātur euntes ad prelium nō possunt vobis dare responsum quia apostoli dei ibi sunt symon et iudas qui tantam virtutem a deo cōsecuti sunt ut nullus audeat illis p̄sentibus eloqui. Tūc waradach dux fecit eos inquiri. Quos cū inuenissent . cepit ab eis inquirere vnde essent aut qui vel quare venissent. Cui respondit symon. Si genus queris hebrei sumus/ si condicionem/ serui iesu xp̄i sumus . si causam / causa salutis vestre venimus/ ut relicto errore simulacrorum deum qui in celis est possitis agnoscere. Cui dux respondit. Nūc interim vade ad prelium deorum ⁊ nō est mihi opportunū vt de his discutiam Dum felix fuerit iter tendo successus/ audiam vos . Dixit ei iudas. Modo magis congruum est te illū agnoscere cuius ope possis victor existere/ vel eos qui rebelles sunt pacatos inuenire. Nit dux Quomam audio deos nostros coram vobis non esse ausos nobis dare responsum. vos nobis futura p̄dicite/ ut quos belli exitus habiturus sim possim scire. Dixit ei symon. vt agnoscas errorē illorum quos putas tibi futura predicere/ damus illis potestatē respondendi tibi vt dū dixerint q̄ ignorant. p̄bemus eos per omnia esse mentitos Tunc cepunt phanatici eorum arripi / ⁊ dicere grande bellū esse futurū ⁊ ex utraqꝫ pte posse interfici p̄liantes . Apostolis aūt in usum exercitatis. ait dux. Me timor mus sit ⁊ vos audetis. Dicunt apli. Cesset timor tuus. quia nobiscū pax interuenit istā p̄nocte hodie intermitte p̄fectionē/ et cras hora tertia venient qꝫ p̄misisti cū legatis inimicorum qui pacem vestre ad q̄scunqꝫ conditiones gratanter cōsentientes. pactū vobis fremissimū stabilietis. simili modo pontifices leuauerūt usum dicētes duci. Noli dñe hominibus his credere mendacibus aduenis ⁊ ignotis q̄ ideo aliq̄ locunt̄ vt non q̄si exploratores teneant̄. Isti dij qui nunqꝫ fallunt dederūt tibi responsum. ut cautus atqꝫ solicitus sis. Nos aūt pānosos ⁊ p̄sonā nullā habentes qꝫ videre vel audire iniuria est/ ad iniuriam deorum nō punis. Respōdit dux. hoc magnū ē qō aduene papes et ignoti cū tāta constantia asseuerant qō deorum nostrorum testimonijs videt̄ esse contrauū. Dicunt ei pontifices. iube eos custodiri ne fugiant. Respōdit dux. Non illi solū ꝫ etiā vos in custodia eritis/ vt rex exitus doceat qui merito debeāt honorari quiqꝫ condemnari. Factū est aūt in crastino/ venerunt nuncij qui missi fuerāt. et nunciauerunt omnia ita esse sicut apostoli p̄dixerāt. Tunc iratus pōtificibus dux iussit ignem copiosum accendi ibiqꝫ eos p̄cipitari. et omnes q̄ dei apl'os obfuscare nitebant. Apli vero p̄strauerunt se ei dicētes. Obsecramus domine ne efficiamur causa interitus eorum et qui pro vita et salute mortuorum huc

missi sumus videamur occidere viuentes. Mi ror ait dux vos ita pro his interuenire qui nihil aliud egerunt per omnes comites meos et tribunos et satrapas. et premia contule= runt ingentia q̄s vt uos viuos incenderent. Dicunt ei apostoli. diligentissima magistru nostru hanc regulam tenet. vt non solum pro ma= lo malum non reddat. sed etiam bona p̄ ma= lis quis restituat Mit dux/hoc sal̄tē p̄mittite vt omnia bona eor̄ vobis tradant̄. Non li= cet inquiūt nobis aliquid possidere in terra. quia nostra possessio ē in celo eterna.

De certamine eorum contra magos. ⁊. Capitulum lxxix.

a IDIENTES hec zaroe et arfaxat qui cum rege erant quan do dux hec regi nunciabat. exitati zelo dixerunt. Isti homines maligni sunt et contra deos et regnum tuum subtiliter agūt Dicit eis dux. si ausi estis habete cum eis cō= flictum/et si vicerutis eos/abiciēt̄. Respon= derunt magi. vt probes quia nobis p̄sentibus non potuerunt loqui. iube hic astare aliquos eloquentissimos. et in argumentis acutissi= mos vt habeant nobiscū conflictum. et si ausi fuerunt loqui presentib⁹ nobis. impiissimos nos esse probabis. Tunc iussu regis et ducis omnes aduocati presto facti sunt. Cunq; in presentia regis cunctorum sublimiū magi lo cuti essent. omnis illa cōuocatio ita muta est facta/vt nec nutibus q̄d loqui non poterant indicarent. Postea dixerunt magi ad regem vt scias nos ex deorū numero esse. permitte= mus eos loqui quidem/sed ambulare nō posse Q̄d cum fecissent addiderūt. ecce reddimus eis gressum. sed faciemus eos aptis oculis nil videre. Cunq; et hoc fecissent. expauit cor re gis et duds. dicentibus amicis eorum nō de= bere magos illos contemni. Tandē aduocati meroze confecti ad sua reuersi sunt. Dux ve ro cū haberet amicos apostolos et narrasset eis omnia que dicta uel facta fuerant. dixerūt ei apostoli. Jube aduocatos venire ad nos primo. et tunc iterū ingrediantur ad regem similem habituri conflictum. Q̄d cum fecisset videntes aduocati apostolos viliissima veste indutos. quasi in despectu eorū personas ha= buerunt/facto tamen silentio. sic eos allocut⁹ est symon Non offendat aspect⁹ vestros iste noster habitus vilis Intus enī latent ea que eternam glouā et vitam inuenire vos faciāt Nos enim omēs homines de vno patre et de vna matre nati sumus. qui cum facti essent ⁊ in regione viuorū positi. suadente angelo mui die p̄uaricati sunt legem/quā a creatore suo acceperant. ⁊ serui facti sunt eius cui suadenti obtempauerant. Ideo angelus pessim⁹ fecit de hominib⁹ quos in errore tenet q̄d ipe vo= luerut. quia deus versu quem ille timet nō est cum eis. hac de causa vos p̄ magos suos quā diu voluit fecit tacere/ et iterum non videre iterūq; immobiles permanere. Unde et pro betis ita esse p̄mittite vos ab vanorum cul= tura discedere/⁊ solum deū inuisibilem colere Q̄d cum feceritis imponem⁹ manus nostras super capita vestra/ et signum xp̄i faciemus in frontibus vestris. et si non eos confutaue rit is/credite nos fallere in omnibus quecūq; asserimus. Tunc illi rationem veram consi= derantes p̄straverūt se apostolis dicētes. vos facite vt non nobis possint impedire officium lingue. nec aliqua membris impedimenta in= ferre. et sit super nos ira dei/si vltra vanis credidérimus. Tunc apostoli orauerunt do= minū vt magica figmenta eximeret. et istos fortes ac stabiles contra magos faceret con stant̄ insurgere. Qui cū respondissent amen signati sunt in frontib⁹ suis. ⁊ abierunt ad re gem. et cū duce ingressi sunt. Magi quoq; af fuerunt volentes facere ea que fecerant. et nulla ratione poterant.

De serpentibus Magorū quor̄ morsibus af flicti fugerunt. Capitulum lxxx.

a DIOCATG autem insistebāt eis dicentes. si potestis agite que heu gessistis. Illi autē irati multi= tudinē serpentū fecerunt. Tunc dicunt oēs regi ut vocarent̄ apostoli. venientes ergo ap̄li impleuerūt pallia sua de serpentib⁹. et mise= runt in magos dicentes. In noīe dñi nostri ihesu xp̄i nō mouemī. sed morsibus eor̄ attre ctati mugitū dabitis dolor̄ vrōrum. Q̄d et factū est. ceperunt magi vlulare sicut lupi. Rex autē omēs dicebāt ap̄lis. p̄mittite eos vt mouant̄ ab eis. et illi responderūt. Nos missi sumus a morte ad vitā reducere/non a vita in mortē p̄cipitare. Oratione autē facta

dixerunt serpentib9. in nomine dñi nostri
ihesu christi ad loca vestra redite. et omne
venenum quod in his magis effudistis vobis
cum auferte. Maiores autem cruciat9 passi
sunt. cum vniuersi serpentes iterum morsib9
edebant carnes eorum. vt venena sua tolle-
rent/sugẽtes sanguẽ eor. Cunct abissent
serpentes. dixerũt apostoli magis. Per tres
dies permittimus vobis dolores dñi nri ut
de his erroribus vestris pniteamini. Jusse-
runt autem in manibus tolli. et ad hospitia
sua sua. Per triduum autem nec edere nec
bibere/nec dormire illis possibile fuit. sed sola
vociferatio doloub9 extorta icessabilis extitit
Sed cum iam in eo essent/vt pauter expira
rent venerunt apostoli ad eos et dixerunt.
Non dignatur deus habere coacta seruicia.
Ideo surgite iam. et habete liberam faculta
tem conuertendi a malo ad bonum/et ad lu
cem de tenebris exeũdi. Illi autem permanẽ
tes in perfidia sua/sicut a facie mathei aposto
li fugerant. sic et ab his fugientes simulacro
rum cultores per totam perfidem commoue
runt. vt apostolorum inimicias exitarent
dicentes. Veniunt ad vos inimici deorum ves
trorum/si vultis deos habere propicios. com
pellite eos sacrificare eis. Si autem noluerint
interfidite eos.

De ceteris apostolorum gestis in babilonia Capitulum. lxxxi.

a POSTOLI autem morãtes
in babilonia faciebãt mirabilia mag
na. habebant q̃ discipulos multos
ex quibus ordinabant presbiteros et diaco
nes/ecclesias ordinantes. Factum est autem
vt vnus e diacombus cumen incesti diceret
commisisse. Erat enim vicin9 filie satrape. que
perdita virginitate partum edens periclita-
batur. Interrogata a parẽtibus. virum san
ctum eufrosinum diaconem impetebat. Qui
tentus a parentib9 puelle vrgebatur subire
vindictam. Quod audientes apostoli. vene-
runt ad parentes puelle. Quos illi videntes
clamare ceperunt/et diaconum huius cumi
nis accusare. Apostoli autem dixerunt. quã
do natus est puer? Respondẽrũt. hodie hora
prima. At illi producite huc infantem. et
diaconem quem accusatis huc adducite. Cũ
q̃ in presenti essent dicunt ad infantẽ. In no
mine dñi nri ihesu christi loquere et dic si iste
diaconus presumpsit hanc iniquitatem. In
fans absolutissimo sermone respondit. Dic
diaconus vir sanctus et castus est/et nunq̃
carnem suam maculauit. Insistebant paren
tes vt de persona incesti interrogarent. Qui
dixerunt. nos innocentes absoluere decet. no
centes prodere non decet. Post hoc euenit
vt due tigrides ferocissime que in singulis fo
ueis erant incluse aufugerent. & quicquid in
uenire poterant deuorarent Tunc omnis po
pulus confugit ad apostolos dei. Qui inuo-
cantes nomen dñi ihesu iusserunt vt seque
rentur eos ad domum in qua manebant. et p
triduum ibi manserunt. et conuocantes om-
nem populum dixerunt Ecce fere audito no
mine christi in agnos conuerse sunt/et hoies
ad imaginem dei facti i stolidit̃ate tanta pdu
rant vt creatorem suum non intelligãt. Vt
autem sciatis quia ipse est verus deus. erunt
vobis in testimonium tigrides iste/que in no
mine eius mansuefacte. in medio vestru con-
uersabantur. Vespere autem facto in nostrã
cellam reuertentes manebunt. Nos autem
oportet alia loca peragrare et predicare no
men dñi. Circuierunt igitur duodecim
perfidis prouincias in quibus multa egerũt
et multa passi sunt per annos tredecim Magi
autem supra memorati facientes scelera per
ciuitates & dicentes se esse ex genere deorum
semper a facie apostolorum fugientes tandiu
erant in quacunq̃ ciuitate. donec agnoscerẽt
apostolos aduenire. Apostoli autem vbicũq̃
veniebant detegebant facta eorum/et doctu
nam a diabolo inuentam.

De passione eorundem. Ca. lxxxij.

c OM MOTEM ingressi in ciui-
tatem suam mãsissent apud discipu
lum suum nomine Sennem eiusdem
ciuitatis virum/septuaginta templorum pon
tifices qui in vrbe erãt et a magis premoniti
fuerant. circa horam primam venerunt cum
innumerabili populo clamantes ad sennem.
Produc ad nos inimicos deorum nostrorũ
cum quibus si non sacrificaueris dijs nostris
incendemus te et domum tuã cum ipsis. Igi
tur tenentur apostoli/& ducũtur ad templũ
solis. Ingredientibus illis templum ceperũt

dæmones clamare per energuminos. Quid nobis et vobis apostoli dei viui. In ingressu vestro flammis exurimur. Stabat autem in vna ede templi ab oriente quadriga equorũ fusilis ex auro/ in qua radiatus sol eque ex auro fusili consistebat. In alia ede luna fusilis ex argento habens quadrigam bonum fusilem similiter ex argẽto. Ceperunt ergo põtifices cum populo vim facere apostolis dei/ ut adorarent eos mibi. et illi duo magi q̃ hãc violentiam excitarunt. Tunc ait iudas ad symonem. Video dominum iesum vocantẽ nos Cui symon. diu est qõ intueor dominũ mei aspectum in medio angelorum/ dixitq; mihi angelus dominũ cum orarem. faciam vos egredi de templo/ & templum ruere sup eos. & dixi Nequaquam fiat hoc domine. fortasse erunt aliqui ex his qui conuertantur ad te. Cumq; hec secum hebraico sermone loquerentur apparuit eis angelus dominũ dicẽs. Confortamini et vnum de duobus eligite. aut repentinum istorum interitũ/ aut ad palmam martirij cum fiducia properate. qui respondẽrũt. Oranda est misericordia domi vt et istis propitietur & nos adiuuet/ vt possimus pertingere ad coronam. Hoc soli apostoli videntes et audientes compellebãtur a pontifice9 adorare simulacra solis et lune. Facto autẽ silentio dixerunt audite omnes & videte solẽ et lunam. scimus p̃cepto creatoris subiectos esse/ et in firmamento consistentes. non sine iniuria sua templis includuntur / qui in celo omni seculo patere noscuntur. Et vt sciatis eorum simulacra nõ sole neq; luna sed demonijs esse plena. precipio ego symon demoni q̃ in solis simulacro latet/ et frater me9 iudas ei qui in simulacro lune nos ludificat ut egrediãtur ex eis/ et ipsi ea comminuant. Et cũ hec dixisset visi sunt ab omni populo duo ethiopes nigri/ nudi/ horribili vultu egredi et cõfungentes ea vlulãdo diras voces emittentes abscedunt. Irruentes q; pontifices ĩ apostolos interfecerunt eos. Dennes quoq; passus est cum eis hospes eorum. quia et ipse sacrificare volis contempsit. In ipa autem hora cum nimia esset celi serenitas / fulgura nimia extiterũt/ ita vt truphauam templum scinderetur a summo tecti fastigio. vsq; ad p fundius fundamẽtum. Duo aũt magi supradicti ictu coruscationis adusti ĩ carbones vi sunt Post menses autem tres misit rex & cõ

fiscauit omnes pontifices / corpora vero apostolorum cum ingenti honore transtulit in ciuitatem suam. In qua construxit basilicã admiratione digna/ cuius structura p gradus habet pedes octies. lxxx. In altum aũt. cxx. Hec gesta. craton discipulus apostolorum eorundem scilicet symonis et iude scripsit in libris. x. quos affricanus historiograph9 in latinam linguam transtulit ex quibus hec pauca excerpta sunt.

De sancto Bartholomeo et de Nscaroth. Theodorus. Capitulum lxxxiij.

b ENTOS autem bartholomeus vt legitur in gestis eius antiquioribus/ licaonie verbum dominĩ predicauit. de hinc inde/ ad vltimum in albano ariemie maioris vrbe. postquam multa & itolerabilia tormenta subijt decoriatus ab impijs in modum follis postmodum capite plexus est. Ex gestis eius Nã cũ aliquãdo ingressus fuisset templum in quo erat ydolũ ascaroth quasi peregrinus ibi manere cepit. In hoc autẽ ydolo talis erat demon. qui hominnes deum verum non colentes ita ludificaret. vt faceret in eis dolores et infirmitates damna et pericula. et dans responsa vt ei sacrificarent / dum ab eorum lesione cessabat curasse putabatur. Apostolo autem ibi manente. nulla responsa dabat/ nec illi poterat ex his quos leserat subuenire. Cumq; iam impletum esset languentibus templum et quotidie sacrificantibus nullum daret responsum prexerunt in aliam ciuitatem vbi et aliud demonium colebatur/ cui nomen beruth. et illic sacrificantes inquirebant cur deus eorum ascaroth non daret eis responsa Quib9 respõdit beruth. Deus vester sic captiuus et religatus/ cathenis igneis structus tenetur. vt nec suspirare audeat /nec loqui ex illa hora qua apostolus dei bartholomeus illic ingress9 est Et quis est inquiunt iste bartholome9 & Respondit Amicus est omnipotentis dei/ et ideo venit huc ut omnia numina que colunt ydoli euacuet. Dicunt illi Dic nobis signa quibus eum inuenire possim9 inter tot milia hominũ Qui respondit. capilli nigri & cuspi / caro cãdida oculi grandes/ barba prolixa/ nares eq̃les/ et directe aures cune capitis coopartes/ statura equalis Induitur autem pallio albo

per singulos angulos gemmas purpureas/vi
gnti ꝛ sex anñ sunt ꝙ nunquam vestimenta
eius sordidata sunt nunquam veteraſcunt si
militer nec sandalia. Centies flexis genibus
per diem/centies per noctem orat dominum.
Vox eius quasi tuba vehemens est. ambulãt
cum eo angeli dei qui non permittunt eum fa
tigari nec esurire. Semper eodem vultu eodẽ
animo perseverat. Omñ hora hylarus et leꝰ
permanet. omnia prouidet. omnia nouit/om
nium gentium linguã et loquitur et intelligit
Ecce etiam hoc quod interrogatis / et quod
ego do responsum de eo iã nouit. Angeli enī
dei famulantur ei ꝛ ipsi nunciant. Et cum ce
perutis eum querere si vult ostendet se vobis
si non vult/non poteritis eum videre. Rogo
autem vos vt dum mueneritis eum / rogetis
eum vt huc non veniat ne hoc mihi faciãt an
geli qui cum eo sunt quod fecerunt collega
meo ascaroth. His dictis conticuit. Reuer
tentes autem ceperunt circuire omnium pere
grinorum vultus et habitus/ per duos dies
nec inuenerunt eum.

De quibusdam signis et confessione demõis
Capitulum. lxxxiiij.

ACTUM est autem ut quidam
f demonio plenus clamaret. Aposto
le dei bartholomee incendunt me
orationes tue. Cui apostolꝰ ait. Obmutesce
et exi ab eo. Et statim liberatus est homo.
Quod audiens polimius rex prouincie / cum
haberet filiam lunaticam rogauit eum ꝓ nun
cium vt similiter curaꝛ eam. Qui cũ venissꝫ
illuc videns eam cathenis ligatam. eo ꝙ om
nes quos poterat morsu attrectabat et cede
bat/iussit eam solui. Dicũt ei ministru Et qs
audet manum mittere ad eam. ait apostolus
Jam ego vinctum teneo inimicum qui ī ipsa
erat/ꝛ vos eam timetis adhuc. ite soluite eã
Quod cũ fecissent nõ potuit eam vltra vexa
dem. Tunc rex onerauit camelos auro et
argento. gemmis et vestibus ꝛ cepit quere
re apostolum sed penitus non inuenit. Cum
autem transisset nox et aurora inciperet. ap
paruit apostolus solus cum rege in cubiculo
eius ꝛ ait. Vt quid quesisti me tota die cum
munerib9 ? Ego nihil terrenum nihil carnale
requiro. sed filius dei qui dignatus est homo
nasci de virgine misit nos discipulos suos/ī om
nes prouincias/ vt expellam9 ministros dya
boli qui per templa in statuis habitant. et ho
mines qui eos colunt de potestate eiꝰ aufera
mus qui victus est. Inde est ꝙ templum ve
strum ingressus demonẽ qui in ydolo vestro
dabat responsa. ab angelis eius qui me misit
religatum teneo. facit enim arte sua homines
egrotare/ꝛ suadet eos ydolis credere. ꝛ cum
ea adorauerint cessat eos ledere. Et si vis ꝓ
bare ut ita sit/iubeo illi ꝛ ingredietur statuã
suam/et faciam eum hec cõfiteri. ait rex. Cra
stina die hora diei prima parati erunt ponti
fices sacrificare ei/ et ego ibi superueniam vt
videam hoc factum mirabile. Altera autẽ die
sacrificantibus eis hora prima. cepit clamare
demon. Cessate misere sacrificare mihi ne pe
iora ꝙ ego patiamini. quia cathenis igneis
religatus sum ab angelis iesu crucifixi/quem iu
dei crucifixerunt putantes eum a morte dei
neri. Ipe autem mortem captiuauit. ꝛ prin
cipem nostrum mortis/vinculis igneis vinxit
et tercia die victor dyaboli ꝛ mortis resurre
xit/ꝛ dedit signum crucis sue apostolis. quos
per vniuersas seculi partes misit ex quibus
vnus est hic qui me vinctum tenꝫ Peto vos
vt rogetis eum ꝓ me/vt dimittat me ire ad
aliam prouinciam. Cui apostolus. confitere
inquit quis istos ledat. qui egrotationes va
rias patiuntur. at ille. Princeps noster dya
bolus mittit nos ad homines vt eos ledamus
primo quidem carnes eorum. quia in animas
potestatem non habemus. misi sacrificauerint
At vbi pro salute corpus sui nobis sacrifi
cauerint cessamus eis nocere. et per hoc vide
mur eos curare et colimur quasi dij.

De confractione ydoli et effigie demonis.
Capitulum. lxxxv.

HIC AIT apostolus ad ple
t bem. Ecce quem vt deum vos cu
rare putabatis. Audite ergo nunc
verum deum creatorem vestrum qui habitat
in celis. Et si vultis vt orẽ pro vobis ꝛ om
nes hi sanitatem recipiãt depone ydolũ hoc
et confringite/ꝛ tunc templum hoc xpi noie
cõsecrabo. vosq; omnes in eo xpi baptismate
consecrabo. Tunc iussu regis omnis populꝰ
misit funes ꝛ trocleas ad simulacrum/nec po
tuerunt euertere. Et ait apostolus. soluite
vincula eius. Quod cum fecissent dixit ad de
monem qui in eo erat. Si vis vt non faciam
te in abyssum mitti. exi de isto simulacro et

confringe illud/ ⁊ vade in terrã desertã vbi/
nec auis volat·nec arator arat/nec vox hoīs
resonat·Ht ille statim egrediēs cōminuit oia
genera ydolo⁊·nec solū illud maius ydolū/ ſ
etiam minora vbicunq; p ornatu templi erāt
posita figillatim minutauit·ita vt omnē pictu
ram deleret· Tunc omnes vna voce clamaue=
runt/vnus deus omnipotēs quē p̄dicat apo
stolus· Tunc apls expandēs manꝰ ad dñm/
orauit p̄ saluatione totiꝰ populi· Et cū om=
nes respōdissent amen / apparuit angelus dñi
splendidus vt sol habens alas· et p quatuor
angulos templi circūuolans/ digito suo ī qua
dratis saxis exculpsit signū crucis et ait. Hec
dicit dñs qui misit me·sicut vos omnes ab in
firmitate vestra mūdaui/ita ⁊ templū hoc ab
omni sorde mūdaui/et ab immūdo habitato=
re eius· quē iussit apls dei ire in desertū locū·
Sed prius ostēdam vobis illū/ quē videntes
nolite expauescere· sed quale signū in his sax
is exculpsi/tale vos in frōtibus vestris signū
facte digito vestro·⁊ omnia mala a vobis fu
gient· Tunc ostēdit eis ingentē ethiopem mi
guorem fuligine/facie acuta/plixa barba cu
nes vsq; ad pedes/oculis igneis sicut ferrum
ignitū scintillas emicantibus·ex ore eius et ex
naubus egrediebatur flāma sulphurea·penna
rum eque habebat alas spineas sicut strux/ et
erat vinctus a tergo manibus cathenis igneis
structus·et dixit ei angelus·Quōz audisti vo
cem apli et omniū pollutionum genera de isto
templo emundasti/sm p̄missum apli soluam
te vt vadas vbi cōuersatio nulla hominū esse
potest·et sis ibi vsq; ad diem iudicij· Et cum
exoluisset eum ille vllulatum teterume vocis
emittens/euolauit ⁊ nusq; comparuit· Ange
lus aūt dñi cunctis videntibꝰ ad celū euolauit
Tunc rex polimiꝰ ⁊ cum vxore sua et filijs et
exercitu et populo regni sui credens bapti sa=
tus est·et depposito dyademate ⁊ purpura ce=
pit non deserere apostolum·

De passione apostoli ⁊ turpi morte hostiū
et miraculo lampadis. Capitulū·lxxxvi

NTERIM colligētes se omnes templo
rū pontifices abierunt ad astragem regez fra=
trem eius et dixerunt· Frater tuus disapuiꝰ
factus est hominis magi· qui templa nostra si
bi vendicat·et deos cōfingit· Tunc rex indi
gnatꝰ misit cū eis mille viros armatos vt apo
stolum vinctum ad eum p̄ducerent· Qō cū se
dissent ait ad illum· Tu es qui euertisti fratrē
meum·Respondit apls· Non euerti eum sed
conuerti·Cui rex· Sicut fecisti fratrem me
um relinquere deum suum et credere tuum·
sic ⁊ ego faciam tibi Dicit ei apostolus·Ego
deum quem colebat frater tuꝰ religatū ostē
di ei/et ipsum feci frangere simulacrum suū·
si potueris hoc facere deo meo/poteris me ad
sacrificandum vocare·Si autem nihil po=
teris facere deo meo ego omnes deos tuos cō
minuam/et tu crede deo meo· Hec cum dice
ret nunciatum est regi p̄ deus eius cecidisset
nomine waldach·⁊ minutatim abisset Tunc
iussit rex purpureā vestem qua erat indutus
et fecit fustibus cedi apostolum· Cesum aūt
iussit in modum follis excoriari ac demum de
collari·Dementes autem fidelium populi in=
numerabiles·abstulerunt cum immis ⁊ omni
gloua corpus eius/ et construxerūt basilicā
mire magnitudinis ī qua illud posuerūt·xxx
autem die depositionis eius·arreptus est a=
strages a demone /et venit ad templum eius
omnes q; pontifices pleni demonio· Et passi
sunt ibi cōfitentes apostolatū eius·et sic mor
tui sunt·multiq; infidelium baptisati conuersi
sunt Oniuerso autem clero et populo accla
mante polimius rex ordinatus est episcopus
Qui et cepit in nomine apostoli signa facere
et cum viginti annis episcopatum tenuisset·
migrauit ad dominum· Post multos autem
annos corpus apostoli delatum est inde ad li=
paum que est vna ex nouē insulis sicilie q;
eloias siue vulcanias antiqui vocauerunt eo
q; sicut ethnas sicilie mons/sic et iste subter=
raneo igni et flammarum ppetuis globis ex
estuare videntur· Postmodum translatum
est beneuentum·vbi ⁊ multis miraculis refulsit·Quadam autem die cum mulier quedam
attulisset vas fictile plenū oleo·petens vt ex
eo mitteretur ī lampadem que ardebat iuxta
corpus apostoli·sumētes ministri inclinabāt
vas illud vt ex eo in lampadem mitterent ⁊
penitus nil exibat de vase·Aspicientes aūt ⁊
digitos suos mittentes in uas videbant et pal
pabant illud plenum esse liquato oleo·et tñ
cum inclinarent super lampadem nil decurre=
bat ex eo Quidam vero ex eis·ait Puto nō
est acceptum beato bartholomeo de hoc oleo
in suam lampadem fundi·euacuetur in aliud
uas· Inclinatum autē in aliud vas sub omni
celeritate vt olei liquati mos est euacuatum
est vas/de q̄ sup lampadē exire nil valebat·

De translatione sacu corpous et theodoro eius sculptore. Theodorus. Capitulum·lxxxvij·

POST obitum itaq; magn9 dei p̃ dicato: apparuit miraculis ꝓitos muitans ad fidem· sed bestialem mẽ tem et inhumanum co: mi erat quod compe sceret · Insaniunt itaq; contra illud sacrum corpus·ꝯ proijciunt in pelagus ipsam qua te gebatur lapideam arcam/ vt in profundum dimersa vlterius non compareret · Sed ob miraculum et opus magnificum · mota est impetu ipsa arca de regione armenie cũ qua tuo: aliorum martirum arcis/ que simiit dñi signa oparentur in mare cũ ea ꝓiecte fuerãt et per tantum spacium maris quatuo: his p̃ cedentibus/ et quodammodo obsequentibus venerunt in vlteriores partes sicilie in insulã que lipparis vocatur·facta reuelatione ad sã ctum agatõem qui illic erat hostiensis episco pus·Post hec quasi quosdam ministros suos alium martirem/hic aliũ vero illic relinquẽs apostol9 retrorsum papirum quidem reliqt in mila ciuitate sicilie· lucianum destinauit me sinam Reliquos duos calabrudem direxit gre gorium scz i ciuitate columna acacij in chale ut vnusquisq; eo:um in vnaquaq; ciuitate p tect:o: esset habitato:um/ qui etiã vsq; hodie splendent suffragijs suis· Ipse interea prose c9 ad ciuitatem ad quam celitus vocabatur p̃clare susceptus est/cum multis luminaribus ordinibus ꝯ armis·Decetero autem dum p̃ uentum esset ad vrbem non progrediebatur arca sed stabat immobilis · Deinde ad litus tracta ꝯ super duas castas vitulas assumpta reposita est vbi sacrum eius templum proti nus locatum est·Mons autem vulcanus qui pene contiguus erat insule/ꝯ nocuus his qui circũquaq; morabãtur tunc recessu inuisibili motus est/quasi stadijs septem circa mare su spensus·ita ut vsq; hodie appareat videntib9 quasi figuratio tract9 fugientis·Porro mul ta mira circa eos hactenus operatur deus ·

Huc vsq; theodorus· Actor· Hic theodorus sacerdos fuit apud cõstantinopoli temporibus adriani et leonis romanor̃ pon tificum· qui fidei constantia et scientie gratia signo:um quoq; virtutibus pollens·duorum imperialium et insignium cenobiorũ· studijs scz sacciodiorum abbas constitutus est·Hic semper in apostolice sedis cõmunione p̃sistẽs hereticorum nenias ꝯ imperatorum verbã etiam tormentis affectus/mentis virtute re= pressit·Nec non ꝯ spiritus sancti gratia ple nus opuscula non nulla composuit inter que et sermonem de beato bartholomeo apostolo satis vtilem/ translationem corpous eius de armenia inde prouincia in lipparim insulam contimentem·Quem anastasius sedis apos tolice bibliotecarius de greco transtulit· Qua liter autem idem sacrum corpus de eadem in sula lipparitana postea transfectum sit·cũ ibi dem usq; ad annum dominice·ccc· viij· ab incar natiõe domini fuerit·postea suo loco dicendũ est·Nunc ad reliquos apl̃os transeam9·

De vita sancti Philippi apostoli· Ex ge= stis eius· Capitulum·lxxxviij·

NITIDUS philipp9 post ascẽ= sionem domini per annos·xx· istan ter predicauit per satiam euangeli um·Vbi cum tentus esset a gentib9 et duct9 ad statuam martis compelleretur ad sacrifi candũ·exijt desubtus basim in qua statua illa stabat ingens draco/et percussit filium ponti fids qui ministrabat ignem sacrificij·Percus sit etiam duos tribunos qui preerant pumde cuius officiales tenebãt in vinculis apostolũ· De flatu autem dracõis omnes morbidi ve hementer egrotare ceperunt·Tunc dixit a= postolus omnibus·Audite consilium meum et recuperabitis sanitatem·mortui quoq; re susitabuntur/et draco fugabitur·Dicũt illi omnes·Dic nobis quid faciemus Quib9 ille Deijcite martem hunc/ꝯ loco eius crucẽ dñi nostri iesu christi affigite eã q; adorate·Tũc illi qui crucibabantur clamare ceperunt·Re= cuperetur in nobis virtus et deijciemus mar tem hunc · Facto itaq; silentio apostolus in nomine iesu xp̃i draconem fugauit· itaq; fe= stinantissime exiens vltra nusquam compuit Tres quoq; p̃dictos mortuos suscitauit ·om nem turbam flatu dracomis morbidatam sa= nitati restituit·ita vt omnes qui prius p̃seq̃ bantur eum penitentiam agentes ·deum hũc estimantes adorarent·Ipse autem per vnũ annum iugiter docuit eos ea que de xp̃o sunt et multa milia hominum credentes baptisati sunt Ordinatis autem clericis et episcopis ꝯ multis ecclesijs instructis·ipse per relationem ad asyam reuersus ierapolim commoratus heresim malignam hebionitarum extinxit·

Erant quoq; due eius filie sacratissime/p q̃s deus virginum lucrat9 est multitudinẽ. Ante septem vero dies obitus sui exhortat9 est clerum ⁊ omnẽ populũ. p̃dicens vite sue terminum. Annoꝝ aũt. lxxxvij. prexit ad dominũ et in ea ciuitate corpus eius positum est.

De sancto Barnaba apostolo Ex gestis eius. Capitulum lxxxix.

